

Lc
50
3.2

www.libuol.com.cn

Lc 50.3.2

www.libtool.com.cn

A. A. HOWARD,
12 Walker St.,
CAMBRIDGE, MASS.

HARVARD COLLEGE
LIBRARY



FROM THE LIBRARY OF
ALBERT ANDREW HOWARD

CLASS OF 1882
PROFESSOR OF LATIN

RECEIVED NOVEMBER 24, 1928

www.libtool.com.cn

Holmes
Harvard

PROGRAMM
DES
FRIEDRICHS-GYMNASIUMS

ZU
FRANKFURT A. O.

FÜR DAS
SCHULJAHR 1867—1868.

INHALT:

ABHANDLUNG DES OBERLEHRERS DR. HERMANN PETER: Q. CLAUDI QUADRIGARI ANNALIVM RELIQUIAE.
SCHULNACHRICHTEN VOM DIRECTOR.

FRANKFURT A. O.
DRUCK DER HOFBUCHDRUCKEREI VON TROWITZSCH UND SOHN.
1868.

Lc 50.3.2
www.libtool.com.cn

HARVARD COLLEGE LIBRARY
FROM THE LIBRARY OF
ALBERT ANDREW HOWARD
NOVEMBER 24, 1925

Q. CLAVDI QVADRIGARI ANNALIVM RELLIQVIAE

disposuit recensuit praefatus est

Hermannus Peter.

Specimen nouae editionis relliquiarum
quae ex annalibus historicisque Romanis supersunt.

De Q. Claudi Quadrigari¹⁾ uita nihil fere ab aliis relatum est; tota enim scientia nostra nititur uno Velleio, cuius haec sunt uerba (II 9): „Vetustior Sisenna fuit Caelius, aequalis Sisennae Rutilius Claudiusque Quadrigarius et Valerius Antias“. atqui id quidem constat Sisennam praetorem fuisse anno 79/675 et mortuum esse a. 68/686²⁾; neque tamen nimis uim Vellei uerbis tribuere debemus, cum et tota eius auctoritas propter summam qua conscripsit libellum leuitatem perparua sit, et illo loco aequalis notionem haud ita artis finibus continuerit; nam qui aequalis Sisennae dicitur Rutilius praetor fuit a. 111/643 (uid. Krause p. 227), id est triginta tribus annis ante Sisennam. itaque certissimum testimonium est, quod ex ipsius relliquiis petendum est: cum enim ex Gellio (fr. 81. 82) eum libro undeuicesimo res a. 87/667 uel 86/668 gestas complexum esse adpareat, uicesimus autem tertius liber ab eodem citetur, minimum Sullae dictaturam Claudium uidisse conligitur; certe numerum eorum qui a. 82/672 de exercitu Mariano ad Sacriportum caesi erant, memoriae prodiderat (fr. 84), sed cum incertum sit in quo libro, nihil inde certius sequitur.

Iam etiam Fronto (in ep. ad Ver. I 1 p. 174 Naber.) eodem fere ordine scriptores inter se excipientes facit, quo Velleius: „Historiam quoque scribere — Pictor incondite, Claudius lepide, Antias inuenuste, Seisenna longinque“; quam ob causam temporum rationem illam secutam esse ueri est simile, Claudiumque scripsisse ante Sisennam, id est annis fere 80/674 usque ad 70/684.

Neque plura de eius genere adferre poterimus, nam uanum est suspicari Quintum

¹⁾ De nominibus satis constat, cum omnia compluribus locis tradita sint, neque tamen uno conspectu: modo enim Quintus Claudius appellatur, modo Claudius Quadrigarius, modo Claudius aut Quadrigarius, uno loco Q. Quadrigarius.

²⁾ Vid. Roth. de L. Cornelii Sisennae uita p. 13. 19. Quae Krause (uit. et fragm. uet. hist. Roman. p. 266) de praetura Siciliensi Valeri Antiatii adfert, ea ficta et conmenticia esse, recte iam Liehaldt de Val. Ant. p. 3 animaduertit.

Claudium qui a. 218/536 tribunus plebis fuit (Liu. XXI 63, 3), decem annis post praetor (Liu. XXVII 21; 22; 43. XXVIII 10, 10) historici atavum fuisse, quae fuit coniectura Krausi (p. 243); id unum pro certo adfirmare licet, eum non duxisse originem e patricia Claudiorum familia, in qua Quinti praenomen omnino non datum esse constat (cf. Th. Mommsen „Die römischen Eigennamen“ in nouo mus. Rhen. XV p. 178). Vnde cognomen habuerit aut ipsine primo an iam eius maioribus datum sit dubium est, neque illud iam nobis est certum adminiculum, quod L. Voltacilius Plotus „primus omnium libertinorum scribere historiam orsus est, non nisi ab honestissimo quoque scribi solitam ad id tempus“ (Sueton. de gram. p. 124 Reif.), cum Voltacilium, ut nunc Reifferscheidius dici mauolt, aequalem fere fuisse huius Quadrigari existumandum sit.

Quoniam igitur nobis non contigit ut ipsius hominis imaginem describeremus, pergamus ad libros, quorum haud exigua et certa uestigia ad nos peruenere, quales fuerint adumbrandos, unde fortasse de natura ingenioque eius qui scripsit pauca sequentur.

Inscriptio traditur annalium, a solis Diomede et Prisciano singulis locis (fr. 71. 49) historiarum.¹⁾ Res deductas esse a clade Gallica a. 390/364 fragmentis, quorum nullum rem tangit ante incendium illud gestam²⁾, docetur neque tamen significatur, quibus causis adductus ab hoc anno scribendi initium fecerit Claudius, quamquam uix poterit dubitari, quin eadem fuerint quae Liuio, cum initio libri VI c. 1 se „clariora deinceps certioraque ab secunda origine uelut ab stirpibus laetius feraciusque renatae urbis gesta domi militiaeque“ expositurum esse diceret, res enim ante id tempus gestas cum uetustate nimia obscuras esse, uelut quae magno ex intervallo loci uix cernerentur, tum quod paruae et rariae per eadem tempora litterae fuissent, una custodia fidelis memoriae rerum gestarum, et quod, etiam si quae in commentariis pontificum aliisque publicis priuatisque essent monumentis, incensa urbe pleraeque interiissent, quid? quod ueri simile esse mihi uidetur, Liuium, quem Claudium fontem potissimum in hoc libro secutum esse notis nostris ostendetur, etiam hic eum imitatum esse. quae si ita se habent, probatur certe Quadrigarius uir acris atque sani iudicii fuisse, praesertim cum plerique eorum qui ante eum scripsere res Romanas ab origine urbis repetierint.

Complexus autem est libro primo res ab a. 390/364 minimum usque ad a. 320/434 (uel si uera de fr. 22 suspicati sumus, usque ad a. 311/443), fortasse usque ad finem alterius belli Samnitici (304/350). Quae relliquiae ex altero libro seruatae sunt ex quo orationis tenore decerptae sint, frustra studuimus indagare, paucorum tamen annorum res eo enarratae esse uidentur, cum bellum contra Pyrrhum gestum iam tertio libro persecutus sit Claudius³⁾ (fr. 40 41). ex eodem libro Gellius factum quoddam Laberi (fr. 42. 43) rettulit, quod in annum 258/496 incidisse constat. unde si memorabili quadam re libris suis finem Claudium inposuisse statuendum est, bellum Carthaginiense primum tertio libro absolutum esse probabile est. deinde, qui fuit mos historicorum illorum, crescente materie res accuratius et fusius expo-

¹⁾ Hos annales ad amicum aliquem missos esse a Claudio Giesebrecht, qui peculiari libello de hoc scriptore (Prenzlau 1831) egit, ex fragmento 79 conclusit (p. 3) neque a uero aberrasse mihi uidetur, quod existumat Krause (p. 260 not.), quia diserte Gellius addidit: „principium libri duodeuicesimi scriptum esse: Si pro tua bonitate“ et q. s.

²⁾ Niebuhr hist. Roman. II p. 2.

³⁾ Quod fragmentum ex Prisciano XIII p. 960 P. 8 H. (in quo mentio fit Pyrrhi) ad librum II refertur a Krausio non est Quinti Claudii sed Gaii Licini.

nebantur, nam libri quinti fr. 53 mentio fit cladis Cannensis (216/538), sexti fr. 57 Q. Fabi Maximi consulis a. 213/541. hoc libro fortasse bellum alterum Carthaginiensa ad finem perduxit. libro septimo adsignauimus de coniectura quae Liuius in libris XXXIII et XXXIII ex eo seruauit (ex annis 197/557—169/564), libro octauo quae Orosius (fr. 68. 69) ex anno 146/608; fr. 73 et 74 fortasse pertinent ad bellum Numantinum eiusque annum 137/617; libro tertio decimo reditum Caecili Metelli Numidici (a. 99/665) narrauerat Claudius (fr. 76), libro duodenicesimo (fr. 80) fortasse bellum Marsicum (88/666), undeuicesimo bellum a Sulla contra Archelaum a. 87/667 gestum (fr. 81) et septimum Mari consulatum eiusdem anni (fr. 82. 83). Praeterea citantur libri unus et uicesimus atque uicesimus tertius, nullum tamen eorum fragmentum ad certam quandam rem aut annum potuit referri, neque potest conici, ex quo libro sumpta sint quae Orosius habet de pugna a. 82/672 ad Sacriportum commissa. nolo tamen refragari, si quis cum Krausio (p. 247) desiisse Claudium in Sullae morte enarranda existimet.

Quibus autem rationibus res Romanas persecutus sit, certum iudicium ferri nequit, sed si ex fragmentis suspicari licet, magis eum res externas quam domesticas respexisse ueri simile est, nam perpaucis (8. 57. 70. 76. 82. 83) exceptis omnia arma bellaque sonant. hanc uero rerum Romanorum partem accurate atque uerbose exposuisse et quo propius ad suam aetatem accedebat, eo latior et fusior fuisse uidetur. Sed non contentus solas res gestas memoriae prodidisse, etiam artem rhetoricam, qua primus Caelius Antipater in historia apud Romanos usus est, exercuit et artificia rhetorica libris suis inseruit. quis enim epistulam (fr. 41), quam C. Fabricium et Q. Aemilium consules ad Pyrrhum a. 278/476 dedisse rettulit, ab ipsis consulibus tum conscriptam esse credet¹⁾? atque etiam alio loco ut res exornaret, uerum posthabuisse conuincitur, iam anno 361/393 (uel 367/387) T. Manlium gladio Hispanico cinctum cum Gallo pugnantem faciens (fr. 10^b, qua in re consentiunt Gellius et Liuius), cum illo gladiatorum genere Romani bello demum altero Carthaginiensi uti coeperint (cf. Weissenborn ad Liu. VII 10, 5). denique illud rhetoris est, quod fr. 9 accusat deorum iniquitatem „quod deteriores sunt incolomiores neque optimum quemquam inter nos sinunt diurnare.“²⁾

Genus scribendi Fronto l. s. s. et Gellius summis laudibus efferunt, quorum ille id lepidum fuisse dicit, Gellius Claudium „uirum modesti atque puri et prope cotidiani sermonis“ (XIII 29, 2), Manli certamen „purissime atque inlustrissime simplicique et incorrupta orationis antiquae suauitate“ descripsisse (VIII 13, 4); alio loco (XV 1, 4) uerba Claudii „optumi et sincerissimi scriptoris“ laudat, alia poetice (XVII 2, 3), iucunde et amoene (§ 5), non

¹⁾ Si recte Th. Mommsen Herm. I p. 169 quae rettulit Gellius VI (VII) 19, 1—7 ex Cornelio Nepote, ad Claudii auctoritatem referenda esse suspicatus est, etiam duo edicta tribunicia, quae inseruit Gellius (§ 5 et 7), a Claudio efficta sunt. — Deinde mihi etiam quae exstant epistolae Pyrrhi regis et P. Valeri Laenini apud Dionys. XVIII 15—18 ex Claudii officina esse profectae uidentur. primum enim simillimae sunt ei, quae sub eius nomine a Gellio nobis tradita est, eiusdemque rhetoris artificia redolent, atque cum omnino Dionysio Claudium haud ignotum fuisse infra ostendemus, tum in Pyrrhi bello Claudii auctoritate eum nism esse ex ea re adparet, quod Plutarchus, qui in hac uitae parte Dionysium transcripsit, eadem prodidit quae Claudius (uid. adnot. ad fr. 40).

²⁾ Prorsus ridicula sunt quae Closset (essai sur l'historiogr. des Rom. p. 498) declamat: „Il ne savait pas embrasser la vie d'un coup d'oeil philosophique, et les rapports de l'ordre humain avec l'ordre divin ne lui apparaissaient encore que voilés de bien des contradictions. La sort de la vertue sur la terre était une énigme pour lui: Nam haec maxime uersatur deorum iniquitas, quod etc.“

insuauī uetustate (§ 10), eleganter (§ 23), non inscite nec ineleganter (§ 26) dicta esse existumat, sed perparuam esse fidem habendam nemo nescit eis iudiciis, quae ab illius aetatis scriptoribus de superioribus fiunt, quam ob rem nostro Marte quid de Claudio iudicandum sit, ex ipsis relictis, quae uerbis non conmutatis traditae sunt, conligere conabimur.

Omnium primum in eis inuenimus concisum quoddam atque tenue dicendi genus, membris breuibus atque pressis, id quod maxime adrisit Gelliis et Frontonibus, nusquam ubertatem aut copiam, omnibus locis antiquitatem atque ieiunitatem. cf. fr. 70: ‚Romam uenit, uix superat, quin triumphus decernatur.‘ fr. 76: ‚Contione dimissa Metellus in Capitolium uenit cum mortalibus multis. inde domum proficiscitur. tota ciuitas eum reduxit.‘ fr. 81: ‚uenit, accessit, ligna subdidit, submouit Graecos, ignem admouit. satis sunt diu conati, numquam quierunt incendere: ita Archelaus omnem materiam obleuerat alumine. quod Sulla atque milites mirabantur, et postquam non succendit, reduxit copias.‘ quae breuitas membrorum quamquam minus molesta est in amplioribus certaminum Gallorum narrationibus (fr. 10^b et 12) et quamquam in epistula ad Pyrrhum data (fr. 41) haud exigua inest et uerborum grauitas et sententiarum, fieri sane non potuit, quin haec siccitas ei, qui multum legebat, taedium moueret atque uel Gellii et Frontones uereor ne magis admirati sint et laudarent, quam ipsum Claudium uoluerint. accedit enim, quod in tanta uerborum simplicitate ne planus quidem omnibus locis fuit, ut in fr. 85, ubi exponere studet, quid intersit, utrum sagittam atque lapidem deorsum an sursum mittas. Porro haud magna uocabulorum copia ei supeditasse uidetur atque circumcisa in narrationibus illis duabus (fr. 10^b 12) est eloquendi uarietas, cum saepe non solum sententiae sed etiam uerba quaedam inter se respondeant.¹⁾ neque Gellio adsentior laudanti, quod (fr. 8) formam, facta, eloquentiam, dignitatem, acrimoniam, confidentiam homini cuidam ‚uaticum‘ fuisse ad rem p. euertendam dixit.

Vt de fide pauca moneam, nisi quod quae ante cladem Gallicam facta erant omnino omittere quam parum explorata proferre maluit, eandem historiae uiam quam qui ante eum scripsere ingressus esse atque in plurimis rebus cum aliis scriptoribus, qui easdem res memoriae prodiderunt, uidetur consensisse, quia Liuium, qui eo in multis libris simul cum Fabio, Valerio Antiate, aliis fonte usus est, sine dubio commemoraturum fuisse arbitror, si multa aliter in eius annalibus quam in ceteris inuenisset. at uero paucis locis atque in rebus exigui momenti Claudium dissentientem se habere scribit. In primis autem Valeri Antiatis eius historia simillima fuit, quocum a Liuiο saepe in scribendo et adhibitus et laudatus est. sed cum Valerio turpissima mendaci nota ab eo inusta sit, ut eius uaniloquentia paene in prouerbium abierit, de hoc melius indicatur. quamquam uix dignus est. plerumque enim in ipsis numeris augendis, id quod maxime Valerio crimini est datum a Liuiο eius aemulo, non multum cedit Antiati (cf. fr. 62. 68) atque uno loco (fr. 66), ubi Valerius decem milium caede contentus fuit, uel quadraginta milia caesa esse auctor fuit. quae cum res ita sint, etiam X 30, 4 Liuium hunc Claudium in animo habuisse opinor, postquam pugnam ad Sentinum commissam exposuit, sic pergentem: ‚magna eius diei, quo in Sentinati agro bellatum, fama est etiam uero stanti: sed superiecere quidam augendo fidem, qui in hostium exercitu peditum deciens centena milia (de codd. scriptura uid. Weissenborn a. h. l.), equitum sex et quadraginta milia, mille carpentorum scripsere fuisse, scilicet cum Vmbriis Tuscisque, quos et ipsos pugnae

¹⁾ Vide quae adnotati ad fr. 12.

adfuisset.¹⁾ primum quidem etiam hic cogitaueram de Valerio, sed dubium est, num hoc libro eum (qui in prima decade solum III 5, 14. III 23, 1 laudatur) adhibuerit, quam ob rem rectius a Claudio inmensum illum numerum fictum esse existimandum est.

Alia est quaestio, utrum ipse numeros in hunc modum incredibilem auxerit an iam in fontibus suis auctos inuenerit; sed quoniam in reliquiis mentio fontium non fit²⁾, id diiudicari nequit neque pertinet ad iudicium de fide factum, quae non pluris est aestimanda quam Valeri Antiatii.

Ex eis autem scriptoribus qui aetatem tulerunt, primus Claudio usus est Liuius, qui deciens diserte eum laudauit, etiam saepius tacite exscripsit, idque, quod consensus eius cum fragmentis docet, statim ab initio annalium a libro quinto usque ad decimum (VI 42. VIII 9. VIII 5. X 37).³⁾ In tertia decade eum prae Polybio et Caelio Antipatro seposuit, in quarta ad eum rediit, sed quo libro redierit, non constat; primum eum laudat XXXIII 10, 7, deinde in eodem libro bis (c. 30 et 36), in libro XXXVIII item bis (c. 23 et 41), in libro XXXXIII semel (c. 14). contaminauit uero in hisce libris Claudium Valeriumque ita cum Polybio, ut hoc quidem H. Nissen⁴⁾ acumini atque industriae contigerit, ut quae annalium, quae Polybi essent, dirimeret, desperandum tamen sit de reliquis, quamquam id historiae maximo opere dolendum non est, cum Claudio et Valerio eadem fides habenda uel potius deneganda sit.

Haec autem capita ex annalibus aut Claudii aut Valerii hausta esse existimat Nissen:

- XXXI c. 1—13. 19—22. 47—50.
- XXXII c. 1—3. 7—9. 26—31.
- XXXIII c. 21—27. 36. 37. 42—45.
- XXXIII c. 1—22. 42—48. 52—57.
- XXXV c. 1—11. 20—24. 40. 41.
- XXXVI c. 1—4. 30—40. 45.⁵⁾
- XXXVII c. 1—4. 46. 52—57. 59.⁶⁾
- XXXVIII c. 28. 35. 36. 42—60.⁷⁾
- XXXVIII c. 1—23. 29—32. 38—46. 54—56.⁸⁾
- XXXX c. 1. 2. 16—19. 25—53. 59.
- XXXXI c. 1—19. 21. 22. 26—28.

¹⁾ Antea enim (c. 27, 10) eos expertes pugnae fuisse memorauerat.

²⁾ fr. 10 consentit in hostium caede cum Sulla, qui item in commentariis numeros hostium, qui caesi sunt, magna cum impudentia auxit. uid. libellum meum de font. Plutarch. p. 59.

³⁾ Haec causa nobis fuit, ut Liuii potissimum uerba in adnot. ad fragmenta explicanda adscriberemus, quod permultum Claudio usum eum esse constat.

⁴⁾ Kritische Untersuchungen über die Quellen der vierten und fünften Decade des Livius.

⁵⁾ Pauca quaedam Polybio inpersa sunt c. 17. 19. 21. 35.

⁶⁾ Ex Valerio quaedam inserta c. 34. 60. a c. 36 libri XXXVI et hoc libro solo Valerio, non Claudio Liuium usum esse coniecit Nissen p. 210.

⁷⁾ Pauca inserta c. 17. 23. 41.

⁸⁾ De causa Scipionum pluribus disputauit, ita ut res ad liquidum perducta sit, Th. Mommsen (Die Scipionenprocesse in Hermæ uol. I p. 160—216). ubi, postquam a Liuii eis quae de causa illa scripserat, postea inscite adiecta esse c. 58, 8 „has ego summas — c. 57 fin. proponenda erant“ demonstrauit: et „aliam fabulam“ quam „seruit“ Liuius c. 56, 8 (alia tota serenda fabula est Gracchi orationi conueniens) usque ad c. 57 fin., et eam, quam e Corneli Nepotis exemplis hausit Gellius III 18 et VI (VII) 19, quae prorsus conspirat cum Liuiana (cf. Liui. c. 57, 9 et 4 cum Gell. VI 19, 6 et 7), ex Claudii annalibus fluxisse magna cum probabilitate coniecit.

XXXXII c. 1—4. 6. 11. 18—28. 30—36.

XXXXIII c. 1—17.

XXXXIII c. 12—22 (paucā in cap. 13. 37).

XXXXV 1—4. 12—18. 20—25. 35—44.

Denique ne in eis quidem qui perierunt libris Llium Claudium fontem neglexisse inde adparet, quod Orosius, Llii adsecla, ter eum laudat (fr. 68. 69. 84). plura de hac re pro certo adfirmare hariolari est.¹⁾

Num Dionysius Claudium nouerit, caute dubitat A. Kiessling (de Dionys. Hal. auct. p. 18), quoniam ea pars antiquitatum Romanarum quae seruata est plus quinquaginta annis desinat ante cladem Gallicam, cum qua Claudium initium fecit scribendi. Concedet tamen nunc opinor Kiesslingius amicus, non ignotum fuisse Dionysio Claudium, postquam in libro meo de fontibus Plutarchi scripto (p. 17—28) firmis argumentis ostendi, et Plutarchum in Camilli uita Dionysium descripsisse et cognationem quandam intercedere inter Plutarchum Lliumque, quem in clade Gallica enarranda in primis Claudio usum esse constat. atque unum potissimum locum ab eo respici uelim, quamquam ibi intricatior est res. nouimus enim ex Lliuo (VI 42, 2 sqq.), ex Claudii memoria, quam pluribus auctoritatibus fretus ille quidem spreuit, anno 367/387 M. Furio Camillo quintum dictatore pugnatum esse cum Gallis circa Anienem flumen. idem uero etiam Plutarchus rettulit, qui postquam leges Licinias Sextias perlatas esse narrauit, nuntio incursionis Gallicae adlato²⁾ Camillum quintum dictatorem dictum *περὶ τὸν Ἀνίωνα ποταμὸν* (circa Anienem flumen Lliu.), cum milites noua ratione pugnandi ab eo praescripta uterentur, Gallos fudisse (c. 41); *ἐν τῷ κατόπιν ἐνιαυτῷ* (c. 43) cum pestis urbem Romam inuasisset, Camillum esse mortuum. quem orationis tenorem si consideraueris et Camillum a. 365/389 mortuum esse constare memineris, non dubitabis, quin aut Plutarchus aut qui eum descripsere corrigendi sint, cum illam pugnam *ἔτεσιν ὕστερον τρισκαίδεκα γενέσθαι* — τῆς Ῥώμης ἀλώσεως: dicant. nam re uera *ἔτεσιν ὕστερον τρισὶ καὶ εἴκοσι* (κγ' pro ιγ') illa pugna post urbem captam commissā est. ita demum oratio apud Plutarchum recte procedit. De eadem uero expeditione etiam tria fragmenta ampliora Dionysi aetatem tulerunt (XIII 12. 13—16. 17—19), quorum primo narratur, Gallos agrum Albanum depopulatos luxuria emollitos et enervatos esse, altero contio Camilli, qua cohortatur milites ad pugnam, ita tamen ut nusquam Gallorum mores mutatos esse commemoret, tertio pugna ipsa, qua Romani usi noua Camilli ratione pugnandi superiores sunt. sed ordo fragmentorum, qui uolgo receptus est, perturbatus atque ita mutandus est, ut quod prius primum fuit, ultimo loco sit ponendum (XIII 13—19. 12). nam pugnam illam, ante quam contio Camilli est habita, in qua Romani strategemate illo dictatoris uicerunt, non in agro Albano, quod est in titulo horum capitum in edit. Tauchn., sed ad Anienem commissam esse docetur consensu et Plutarchi (c. 41 uers. 20—31 edit. maior. Sinten.) et Zonarae VII 24, p. 90 (ed. Bonn.), qui nunc egregie concinit cum Plutarcho et Dionysio: *καὶ ἐπὶ πλεόν ἂν ἔτι τοῦτο (discordia intestina Romae) ἐγένετο, εἰ μὴ τις ἀγγελία κεκόμιστο ἐπὶ τὴν Ῥώμην αὐτῆς ἐλαίνειν*

¹⁾ Vt M. Hoffmann „de Viriathi Numantinorumque bello“ p. 8 non dubitat, quin eandem rationem auctorum transcribendorum, quam a lib. XXXI—XXXXV, etiam in eis libris qui ad bellum illud pertinent Lliuius secutus, hoc quoque bellum in primis ex Valerio Antiate et Claudio Quadrigario narrauerit, non consulerit Polybi bellum Numantinum (Cic. ad fam. V 12). sed quae adferuntur causae prorsus nullae sunt.

²⁾ c. 40: ἀγγελία προσέπεσον σαφεῖς, Κεῖτοὺς αὐτῆς ἀπὸ τῆς Ἀδριατικῆς ἀρανίας θαλάσσης μυριάσι πολλαῖς ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἐλαίνειν.

τοὺς Κελτοὺς. ἅπαν οὖν πρὸς ἀλλήλους ἀφέντες διάφορον δικτάτορα τὸ πέμπτον τὸν Κάμλλον εἶλοντο καὶ πρὸς τοὺς βαρβάρους ἐστράτευσαν. οὐ μιάχη μέντοι κοινή, μονομαχία δὲ γέγονε προτερον. iam sequitur narratio certaminis T. Manli, dein pergitur: συμμειζάντων δὲ καὶ τῶν στρατευμάτων ἡττηντο οἱ Κελτοὶ καὶ τῆς μὲν ἐπὶ τὴν Ῥώμην ὁρμῆς ἀπέσχοντο, τὴν δ' Ἀλβανίδα ἐλεηλάτουσαν. ἐάσαντες οὖν αὐτοὺς διαρπάσαι τὴν χώραν, ὥς κατακορεῖς γενόμενοι βρωμάτων καὶ μέθης ἐνεπιχειρητότεροι εἶεν, ἐπέβητο σφίσι καὶ αὐτῶν δὲ πολλοὺς διέφθειραν καὶ τὸ σπῶν εἶλον στρατόπεδον.

Itaque demonstrasse nobis uidemur, memoriae Claudianae eo ipso loco, ubi eam ex Liuiο ut discrepantem cum pluribus auctoribus nonimus, apud Dionysium certa exstare uestigia, unde, cum alibi in libris V—X primario fonte usus esse uideatur Liuius Claudio, eis locis, quibus Dionysius et Liuius concinunt, illum communem eis fontem fuisse ueri est simile.

Ex sequentis aetatis scriptoribus mentionem eius facit Seneca philosophus atque narrationem quandam (fr. 80) ex libro duodeuicesimo deprompsit. Deinde Hadriano imperatore multum lectitatus et in usum commentariorum grammaticorum excerptus est, cum adrideret hominibus illis antiquitatis studiosis genus scribendi simplex atque horridum. ut Gellius, si eius uerbis fidem habes, frequenter eum legit et aut ex sua lectione multa noctibus suis Atticis inseruit aut amico Fauorinum (VIII 13), Frontonem (XIII 29, 1), Iulianum rhetorem (XV 1), Apollinarem Sulpicium (XX 6, 11) de eo disserentes et exempla adferentes facit. quid? quod (VIII 14, 1) ad firmandam scripturam quandam, aliquot ueteres libros se inspexisse praedicat et uel libri, quem in Tiburti bibliotheca uidisse se dicit, auctoritate gloriatur. Porro etiam Frontonem in epistula quadam genus eius scribendi laudasse iam supra commemorauimus.

Ex horum autem scriptorum horreis, quae referta erant exemplis Claudianis, qui postea de rebus grammaticis egere aut glossemata collegere aut poetās explicauerunt, sua sumpsisse uidentur, neque exstant certa uestigia, etiam post illud tempus Claudii annales in multis manibus fuisse.¹⁾ nam Nonium non inspexisse ipsum Claudium uix est cur nunc, postquam tōt tam claris exemplis leuissima ratio eius excerpti et transcribendi demonstrata est, moneamus. similia uero etiam de Macrobio (fr. 45), scriptore Noni haud dissimili, de Seruio (fr. 31. 52. 92), de Lactantio Stati Thebaidis scholiasta (fr. 74), de Diomede (fr. 71. 77), de Prisciano (fr. 39. 49. 56. 73. 74. 97) statuenda sunt.²⁾

Restat ut de ratione quae intercedat inter Claudium Quadrigarium et Claudium Acili interpretem disputemus. Liuius enim praeter decem quos iam recensuimus locos, quibus auctorem suum uno Claudii nomine appellat, duobus locis Claudium quendam laudat additis hisce uerbis: XXV 39, 12, auctor est Claudius qui annales Acilianos ex Graeco in Latinum sermonem uertit et XXXV 6, 1: Claudius secutus Graecos Acilianos libros — tradit, quem Claudium quia Sigonius (ad Liu. XXV 39) et post eum alii seiunxerant a Quadrigario, Giesebrecht³⁾ pluribus euincere studuit ea uerba sine certo con-

¹⁾ Mirum est quod Closset p. 495 Claudium usque ad Ioannis Saresberiensis aetatem peruenisse existimat. ubi enim eum citat (Polier. V 7), sua hausit ex Gellio (III 8), talso pro Valerio Antiate substituens Valerium Maximum. cf. Schaarschmidt, Johannes Saresberiensis in seinem Verhältniss zur klassischen Litteratur in nouo mus. Rhen. XIII (1859) p. 206.

²⁾ De Orosio qui Liuium in epitomen redigit cf. supra p. 6.

³⁾ Secuntur eum etiam Pluess, de Cinciis rerum Romanarum scriptoribus p. 43 seqq. et Th. Mommsen in Herm. uol. I p. 165 not.

silio a Liuiio adiecta neque quidquam eis dictum esse, nisi his locis Claudium, scriptorem iam antea adhibitum, librorum Acilianorum auctoritatem secutum esse. cui quidem uix aduersarer, si alter locus solus exstaret — quamquam etiam tum, qui fuit scriptorum ueterum citandi mos,¹⁾ Liuium scripturum fuisse existumauerim ‚Acilius, quem Claudius est secutus‘ uel ‚Acilius et Claudius‘ — sed propter priorem locum fieri non potest, quin duos Claudios Liuiio notos fuisse dicamus, eumque additamentis illis id egisse, ut hunc Claudium ut scriptorem ab eo, quem iam antea quater laudauerat, diuersum indicaret. quaero enim, cur non primo loco quo Claudi mentionem facit (VI 42, 4), Liuius hanc notam adiecerit, reseruauerit ad quintum? cur quartae decadis quarto loco (XXXV 6), postquam iam in libro XXXIII ter laudauit? accedit quod Acilius res Romanas ab origine urbis repetiit, a clade Gallica Claudius. quae igitur fuit causa Claudio, ut quoniam hoc eius fuit consilium ut annales Acilianos ex Graeco in Latinum uerteret sermonem, non uerteret, quae ante cladem Gallicam facta erant? sed dicat quispiam, Claudium unum fuisse, libros diuersos. at mirum est eundem hominem et scriptoris Graeci annales, quae ad urbe condita minimum ad annum 193/561 pertinebant, uertisse et praeterea suo iudicio in fontibus eligendis et describendis usum res patrias a clade Gallica usque ad suam aetatem deduxisse. Liuius quidem homines, non libros distinguere uoluit; quod si uoluisset, scripsisset ‚Claudius in eo libro quo uertit.‘

Recte igitur H. Nissen (l. s. p. 40) Claudium Quadrigarium et Claudium interpretem Acilianum eundem hominem esse negauit, sed prorsus errauit uir doctissimus, Liuium non Quadrigario sed Acili annalibus a Claudio quodam in sermonem Latinum uersis et usque ad ipsius aetatem continuatis usum esse opinatus. Nam narratio certaminis T. Manli, quam Gellius (fr. 10^b) ex Quadrigario (sic eum adpellat § 20, quem § 4 Q. Claudium) rettulit, ita consentit cum Liuiio, qui VI 42 Claudium suum de eadem re laudauerat, ut utramque narrationem ex eodem fonte fluxisse necesse sit. multaque similia exempla in adnotatione nostra (cf. in primis ad fr. 15 et 16) conlegimus, ex quibus eundem Claudium et a Liuiio et a Gellio, qui tribus eum ornat nominibus, adhibitum esse constat. atque quod Nissen in ea re offendit, quod Liuius deciens uno nomine Claudi Q. Claudium Quadrigarium laudauit, mirum esse non potest nobis considerantibus et L. Caelium Antipatrum, qui totidem locis quot Claudius citatus est, simpliciter ab eo Caelium appellatum esse, et L. Calpurnium Pisonem eis quinque locis quibus ad eius auctoritatem nos reuocat, Pisonem.

Iam uero uno conspectu recensebo etiam alios historicos, quibus Claudi uel Clodi nomen fuit, qui saepe et inter se et cum Quadrigario Claudioque interprete confusi sunt. Primum adponam ipsos locos, quibus eorum mentio fit:

1. Cicer. de legg. I 2, 6: Ecce autem successere huic (Caelio Antipatro) Gellius, Clodius, Asellio, nihil ad Caelium uel potius ad antiquorum languorem et inscitiam.

2. Liu. XXVIII 22, 10: Hunc Pleminium Clodius Licinus [Licinius libri] in libro tertio rerum Romanarum refert ludis uotiuis (a. 194/560) — conatum per quosdam — urbem incendere.

3. Plut. Num. 1: Κλώδιός τις ἐν ἐλέγχῳ χρόνων (οὕτω γὰρ πως ἐπιγέγραπται τὸ βιβλίον) ἰσχυρίζεται τὰς μὲν ἀρχαίας ἐκείνας ἀναγραφὰς ἐν τοῖς Κελτικοῖς πάθει τῆς πόλεως

¹⁾ Cf. quos de hac citandi consuetudine adtuli uiros doctos in libro meo de font. Plut. p. 65 not. et adde Mercklin. Citiermethode des Gell. p. 650, ubi in Gellium eadem cadere demonstratum est.

ἡφανίσθαι. τὰς δὲ νῦν φαινόμενας οὐκ ἀληθῶς συγκεῖσθαι δι' ἀνδρῶν χαριζομένων τισὶν εἰς τὰ πρῶτα γένη καὶ τοὺς ἐπιφανεστάτους οἴκους ἐξ οὗ προστηρόντων εισβιαζομένοις.

4. Appian. Gall. I 3 p. 36 Bk.: Καῖσαρ δὲ πολεμήσας αὐτοῖς πρῶτον μὲν Ἑλουητίους καὶ Τιγυρίους ἀμφὶ τὰς εἴκοσι μυριάδας ὄντας ἐνίκησεν. οἱ Τιγύριοι δ' αὐτῶν χρόνῳ ἔμπροσθεν Πίσωνος καὶ Κασσίου τινὰ στρατὸν ἐλόντες (a. 107/647) ὑπὸ ζυγὸν ἐξεπεπόμφεσαν, ὥς ἐν χρονικαῖς συντάξεσι δοκεῖ Παύλῳ τῷ Κλαυδίῳ.

5. Sueton. de gram. et rhet. 20 (p. 115 Reif.): fuitque (Hyginus) familiarissimus Ouidio poetae et Clodio Licino (sic Oudendorp; Licinio libri), consulari historico, qui eum admodum pauperem decessisse tradit et liberalitate sua quoad uixerit sustentatum.¹⁾

Ex hoc numero Clodium Ciceronis (1) et Clodium Licinum Suetoni (4) diversos esse a Quadrigario facile cuius clarum est,²⁾ quorum ille nimis antiquus, hic recentior sit. idem etiam de Clodi Licino Liui (2) recte statuit Lachmannus (de font. Liu. I p. 35 not. 2), cum libro Quadrigari tertio expositum sit bellum Pyrrhi, res anni 194/560 (cuius ludos uotiuos ex Licini libro tertio commemoravit Liuius l. s.) libro sexto aut septimo. nil tamen obstat, quominus hunc (secuti Bernhardyium hist. litt. Rom. p. 645 ed. III) cum Suetoni Clodio Licino (5), quem Gai praenomine usum et anno 4 p. Chr. 757 a. u. c. consulem suffectum fuisse ex titulo 644 ap. Orell. collect. inscr. I p. 615 nouimus, Hygini Liuique aequali coniungamus. denique ut inter duos scriptores qui relincentur cognationem quandam intercedere arbitremur,³⁾ quamquam a Plutarcho Clodius, ab Appiano Claudius nominatur, librorum inscriptionum similitudine adducimur; χρονικαὶ enim συντάξεις idem prope dicunt quod ἔλεγχος χρόνων, quam fere („οὕτω γὰρ πῶς ἐπυγέγραπται τὸ βιβλίον“) Clodi libri inscriptionem fuisse Plutarchus adfirmat. Sed Clodium Plutarchi (3) etiam cum Quadrigario confuderunt Niebuhr,⁴⁾ Schwegler⁵⁾ (hist. Rom. I p. 39 not. II 11 not. 5), Bernhardy (l. s. p. 196), idque eam ob causam quod Clodius omnium rerum, quae ante incendium Gallicum factae sunt, fidem in dubium uocauit. Claudius Quadrigarius ab eo anno initium scribendi fecit. At minime potuit Plutarchus annales uel historias, ut inscripserat Quadrigarius librum suum, uertere in ἔλεγχος χρόνων, quae uox eandem fere habet uim quam „censura temporum“. deinde Quadrigarius, nisi

¹⁾ Non addidi Sernium Clodium, Aeli Stilonis generum, qui in grammaticis ponatur a Suetonio (de gr. et rhet. 2. 3 p. 101 Rf.). cf. de eo Orelli, onomast. Tull. p. 164. quem quod C. Fr. Hermann (Gött. gel. Anz. 1849 p. 1469) eundem esse censuit atque eum qui τὸν Ἑλεγχον χρόνων conscripsit, suo iure iam refutauit H. Klapp de uit. Plut. auct. I. p. 21 sq. — Deinde omisi Appium Claudium Pulchrum consulem a. 54/700, mortuum a. 49/705. is ut ait Cicero (Brut. 77) „et satis studiosus et ualde doctus, tum etiam exercitatus orator et cum auguralis tum publici iuris antiquitatisque nostrae bene peritus fuit“, librique eius augurales, cuius etiam fragmenta pauca apud Festum ad nos peruenerunt, commemorantur a Cicerone in epistula quadam ad eum data (ad fam. III 11, 3); praeterea nihil de eius studio litterarum accepimus. (cf. de eo Drumann, hist. Rom. II p. 186 seqq.) — Denique rationem non habui loci cuiusdam in schol. ad Cic. orat. pro Arch. p. 357 Orell. sic scripti: „Ille Marius idem eximie L. Clodium dilexit. ille primus Romae studia Latina docuisse fertur.“ nam in oratione ipsa (9, 12) sine discrepantia librorum L. Ploti nomen est.

²⁾ Lachmann de f. Liu. II p. 23 Ciceronis et Liui Clodium confudit cum Sexto Clodio, qui graece de dis scripsit (Arnob. V 18 et ex eo Lactantius discipulus instit. I 22, 11) et fortasse idem fuit atque „Sextus Clodius e Sicilia, Latinae simul Graecaeque eloquentiae professor“, Antonique triumuii magister (Suet. de gr. et rh. 29 p. 124 Reif.), quem ut Antoni magistrum quamuis hominem stupidum aratorem ex oratore factum esse increpat Cicero (Phil. II 17, 43. III 9, 22). — Ceterum de Ciceronis Clodio nihil cum aliqua probabilitate speciei statui potest.

³⁾ Sic etiam Lewes, de fide hist. Roman. I p. 161 sqq. uers. Liebrecht.

⁴⁾ Hist. Rom. II p. 3: „Schwerlich ist auch der Clodius ein anderer als er (Quadrigarius), aus dem Plutarch anführt, dass die Stammbäume, soweit sie über diese Zeit hinaufreichten, erdichtet seien.“

⁵⁾ Hunc etiam ego quamuis dubitanter secutus eram de font. Plut. p. 162 not.

⁶⁾ Sic uertit Roth in Gerl. Sallust. p. 322. cf. Klapp l. s. p. 22 sqq.

ipsum uersauit, quem illa aetate multum lectitatum esse constat, haud ignobilem scriptorem eum fuisse nouit ex Līuio, ut *τινὰ* addere superuacaneum esset; denique ne dixit quidem Plutarchus Clodium suum regressum non esse ultra cladem Gallicam, sed inuictum eum esse in fidem monumentorum antiquissimorum, atque aut totus fallor aut ea ipsa Plutarchus quae hoc primo capite disputat, ut refutet uolgatam opinionem, qua credebatur Pythagorae auditor fuisse Numa, sumpsit ex Clodio. fons certe eius uitae primarius hanc opinionem secutus erat, quam etiam Plutarchus inmemor dubitationis quam initio uitae monerat, postea in orationis tenorem recepit. cf. de Plut. font. p. 163. Adde quod si Clodius Plutarchi et Claudius Appiani eidem sunt, huic Clodio praenomen fuit Pauli (uid. infra), Quadrigario Quinti.

Denique multi uiri docti laborarunt in Παύλω nomine (4) mutando. Schweighauserus enim scripsit Κοῦντωρ uel Κοναδριγαρίω (cf. eius comment. p. 172), Lachmannus (de f. L. I p. 36 n.) Πουβλίω uel Ποπλίω, Hullemann (de Paulo qui fertur Claudio' p. 4) Παλίωνι.¹⁾ sed Schweighauseri coniecturam etiam falsam esse ex eis quae supra disseruimus adparebit, et quae hos causa adduxit ut Pauli nomen remouerent, nulla est, cum etiam Paulus praenomen fuerit apud Romanos, quamquam non in usitatis. ut occurrit nobis in denario Paulus Lepidus Libo (Mommsen, C. I. L. I n^o 473), Paulus Fabius in titulo 799. cf. Mommsen, mus. Rhen. n. XV p. 194.²⁾

Nihil igitur certe de hisce Claudiis uel Clodiis statuere potuimus, sed plerumque ad eum finem peruenimus, ut eos qui saepe confusi sunt secernendos esse inueniremus, atque Claudio Quadrigario nullius esse addendas reliquias. de ceteris ueri simile fuit, et Plutarchi Clodium (3) atque Appiani Claudium (4) eundem esse, et Clodium Licinum Liui (2) Suetonique (5). cur alios coniungeremus, nulla fuit certa causa, neque contemplantibus nobis, quindecim Claudios, septem Clodios Baehrium in Pauly encycl. II p. 427 sqq. p. 464 sqq. enumerasse, quorum nomina libris maximam partem pedestri oratione conscriptis innotuere, mirum uidebitur, hos quinque scriptores eiusdem nominis inter se diuersos esse.

In ipsis reliquiarum uerbis recensendis conplurium uirorum doctorum adiutus sum liberalitate, quibus, si quid rectius a me quam antea factum est constitutum est, solis tribui uelim gratiasque ago quam maximas. Martinus enim Hertz pro eximia qua fouet aliorum studia philologica beneuolentia Rud. Peiperum amicum ex thesauris Gellianis depromere passus est quae ad fragmenta Claudiana a Gellio seruata adnotauerat. G. Thilo me certiore fecit de scripturis codicum Seruianorum fr. 31. 52. 92. C. Zangemeister de codice Orosi Laurentiano (plut. 65, 1) saec. VI—VIII omnium praestantissimo fr. 68. 69. 84. Noni codices a me ipso conlati sunt hice:

1. codex Laurentianus plut. 48, 1, cuius libri tres priores saec. XI, ceteri saec. XV esse exarati uidentur. de hoc codice, de cuius tamen scripturis de silentio concludi nolo, alias pluribus agam.

¹⁾ Hullemann litterarum potissimum similitudine ad coniecturam suam ductus Claudium Pollionem, Plini minoris amicum, quem de uita Anni Bassi egisse a Plinio epist. VII 83, 5 docemur, etiam hunc *Ἀλεχων χρόνον* composuisse suspicatur. sed quia ea opinio a qua profectus est, ut Paulum praenomen non esse arbitretur, uana est, etiam ea, quae inde conliguntur dilabuntur, neque operae pretium est ea quae excogitauit pluribus refellere.

²⁾ Hanc uero ob causam etiam eorum coniectura admodum dubia mihi uidetur, qui (ut Mueller in fr. hist. graec. IIII p. 364. Bähr in Pauly Realencycl. II p. 465) a Clodio Licino conscriptum esse illum *Ἀλεχων χρόνον* suspicati sunt. nam Clodio Licino Gai praenomen fuisse ex titulo, quem supra commemorauimus, constat, Clodium autem Plutarchi eundem esse ueri simillimum nobis uisum est atque Paulum Claudium Appiani.

2. codex Leidensis Voss. 73 saec. XI (quo etiam Gerlachius usus est).

3. codex Leidensis Voss. 116 saec. XII, qui tamen in prioribus libris excerpta tantum modo exempla praebet. hos duos libros Du Rieu uir doctissimus a me rogatus cum summa liberalitate Lugduno Batavorum huc transmisit.

4. codex Wolfenbuteanus Gud. saec. XI, cuius usum debeo Bethmanni benignitati, cuius mortem nunc omnes qui umquam bibliothecam Wolfenbuteanam adierunt lugent.¹⁾

Denique ne negligentia nostra complura fragmenta omissa existumes quae sunt apud Krausium, breuiter enumerabo, quae ex illo numero eiecerim:

1. (p. 254 Kr.) Quintus in II: Peruersum esse, eis alii modi postulare Pyrrhum in te atque in ceteris fuisse. Prisc. XIII p. 960 P. II p. 8 H. — Hic iam Krehlius ex codicibus C. Licini nomen restituit, quam ob rem C. Licini Macri fragmentis inserendum est.

2. (p. 263 Kr.) Calidius: Senatus, inquit, censuit referentibus sufetis. Paul. Diac. p. 308 M. — Quia uolgo tribueretur Claudio, Krause in eius fragmentis etiam hoc posuit. ego Calidio oratori sua reddenda esse existumo. haec enim Festi (p. 309) uerba excerpit Paulus: „Sufes dictus Poenorum magistratus ut Osconum Meddix tuticus. Calidius in oratione in Q. Gallium: — Senatus censuit referentibus sufetis.

3. (p. 265 Kr.) Claudius oratione in Quintium Gallum: quarum iacent murena, ulla horrea, curiaeque et tabulariae publicae. Nonius s. u. horrea p. 208. — Hoc fragmentum Meyer in fragm. orat. Rom. p. 437 (ed. II) ita emendauit: „Calidius oratione in Quintum Gallium“ eiusque fragmentis inseruit. Giesebrecht quidem (p. 9) ex oratione quadam, quam in annales receperat Quadrigarius, haec sumpta esse arbitratus est sed cum Meyero id facit, quod in Q. Gallium, quem defendit M. Tullius Cicero, orationem Calidium habuisse etiam aliunde constat. cf. Meyer l. s. p. 436. sq.

4. (p. 259 Kr.) Claudius rerum Romanarum libro duodecimo: Quinque pristis nauigium ea forma [conieci, a forma:] a marina bellum dictum est. Non. s. u. pristis p. 535. — Miror quod in hoc fragmento nemo adhuc offendit. adparet enim neque sententiam ex eo elici posse, nisi ita ut „quinque pristis“ lemma, quae secuntur interpretationem esse existumemus, neque id haustum esse ex Q. Claudio Quadrigario, quem plerumque sub uno Quadrigari nomine adferre solet Nonius, cuius libros semper annales dicit. Fluxerunt potius uerba illa ex Serui Clodi glossographi (anno 61/693 fere mortui) libris, de quibus uid. Ritschl in parerg. p. 122, 180. 242 sq. 365 sq. et Kretzschmer de Gell. font. p. 42 sq. Inscriptionem nunc temptare nolo, sufficiat adposuisse unum Varronis locum, ex cuius similitudine etiam Nonianum ex

¹⁾ His uero siglis significauit codices Gellianorum librorum septem priorum:

A = codex rescriptus Palat.

V = codex Vaticanus 3452.

P = codex Regius 5765.

R = codex Rottendorffianus.

β = codex Buslidianus.

Librorum posteriorum VIII—XX:

r = codex regius.

L = codex Vossianus maior.

B = codex Bernensis.

V = codex Vaticanus 3452.

P = codex Petauianus.

G = codex S. Germanensis.

M = codex Magliabecchianus.

o = codex Regius. Vatic. 597.

φ = codex Voss. minor.

Deinde Nonianos his:

F = codex Laurent. Flor.

L = codex Leidensis 73.

V = codex Vossianus 116.

W = codex Wolfenbuteanus.

Denique usus sum editionibus Liuii Alscheffski, Kreyssigi, Weissenborni, Prisciano Hertzi, Macrobio Iani, Diomedes H. Keili, Seneca Fickerti eorumque librorum manu scriptorum sigla adoptari.

glossographo illo sumptum esse sequetur: de ling. lat. VII 70: „Claudius scribit: quae praeficeretur ancillis quem ad modum lamentarentur, praefica est dicta.“¹⁾

Haec igitur quattuor fragmenta sine ulla dubitatione ex Quadrigari numero remouimus, sed fateor, etiam alia, quae sub solo Claudi nomine citauit Nonius (fr. 32. 61. 78. 95) suspicionem meam mouere, in primis fr. 78: „Claudius annalibus lib. XVI: Equae hinnibunde inter se spargentes terram calcibus“. genus enim dicendi prope poeticum et rhythmicè sonans prorsus abhorret a simplicitate et nuditate Quadrigari; tum fr. 32 et 61, ubi ne inscriptionem quidem libri addidit nomini Claudi, quod exceptis fr. 35 et 96 semper. denique obelo notandum esse duxi fr. 77: „Claudius annalium quinto decimo: Grundibat grauter pecus suillum“, quod ad Claudium Caesarem rettulit Casaubonus (ad Suet. Claud. 41). quae sententia si uera est, etiam alterum quod seruauit Diomedes (71) eidem tribuendum est.

¹⁾ In eodem libro praeterea citatur § 66. 106. Gell. XIII 23, 19 quaedam e „commentario“ Serui Claudi adfert, III 3, 1 eius „indices — super fabulis Plautinis“ commemorat. — Distinguendus hic est a Clodio Tusco, Ouidi amico, cuius commentarii a Seruio quattuor locis citati sunt (cf. Merkel ad Ouid. fast. p. LXVI). utroque enim nomine eum laudat ad Aen. XII 657: „Clodius Tuscus; Mussare est ex Graeco, comprimere oculos. Graeci μῦς dicunt.“ unde sua sponte adparet eundem Clodium Tuscum dici ad Aen. I 52: „Clodius commentariorum: uasta inania, magna“. ad I 176: Clodius scribit commentariorum quarto, se ex arboribus fomenta excidisse. idem alio loco: Assulae ambustae] ligna excausta a fungis nomine excepto“. ad II 229: „Clodius scriba commentariorum: Insinuem] intro eam penitus“. Ita enim fragmenta scribenda sunt, ut prima quaeque uerba ut lemmata a ceteris seiungantur. — Tusci cuiusdam Seneca suasor. 2 fin. mentionem facit ut historici fatui et „tam improbi animi quam infelicis ingeni“, qui Scaurum Mamercum sub Tiberio (a. 34/787 cf. Drumann hist. Rom. I p. 33) maiestatis reum fecerit. sed potuit etiam ex alia gentè esse atque ex Clodia, cui eum adscripsit Baehr (in Pauly Realenc. II p. 465), cum Tusci cognomen non unius gentis fuerit. quam ob rem ne coniecturas cumularem, eum supra in Clodiis Claudiisque historicis enumerandis praetermisi.

Q. CLAVDI QVADRIGARI QVAE SVPERSVNT EX LIBRO I.

1. *Gell. n. Att. XVII* 2, 12: Verba ex Q. Claudi primo annali: — Postquam nuntiatum (890)
est, inquit, ut pugnatum esset in Gallos, id ciuitas grauiter tulit. (364)
2. *Gell. n. Att. XVII* 2, 19: Verba ex Q. Claudi primo annali: — Tanta, inquit, (890)
sanctitudo fani est, ut numquam quisquam uiolare sit ausus. (364)
3. *Gell. n. Att. XVII* 2, 10: Verba ex Q. Claudi primo annali: — Sole, inquit, occaso.
4. *Gell. n. Att. XVII* 2, 24: Verba ex Q. Claudi primo annali: — Cominius, inquit, 890
qua ascenderat, descendit atque uerba Gallis dedit. 364
5. *Gell. n. Att. XVII* 2, 26: Verba ex Q. Claudi primo annali: — Putabant, inquit, (890)
eos qui foris atque qui in arce erant, inter se commutationes et consilia facere. (364)

1. exq; cl. *L* exq * * claudii (ueq *erasum*) q claudi *M* claudii *ceteri libri Hertzi*.
2. ut *om. L* | quisquam] quis *G*
3. occasio *L* occasu *O* ante correct.
4. quomimus *L* ÷ $\frac{0}{q}$ mincus *r* cominus *P* comin^o *G* ante corr. comminus *V* | qua] qui q |
ascenderat *Hertz cum r L G M V o* adscenderat *ceteri eius libri*.
5. qui in *o sup. lin.*

1. *Vel de clade Aliensi uel de proelio anni 295/459, quod ad Clusium aduerso Marte contra Gallos commissum est.*
2. Flamen Quirinalis uirginesque — Vestales optimum ducunt (sacra) condita in doliolis, sacello proximo
aedibus flaminis Quirinalis, ubi nunc despui religio est, defodere. *Liu. V* 40, 7. cf. *Schwegler, hist. Rom. uol.*
III p. 250 not. 2.

(3. Tum demum, postquam nihil usquam hostile cernebatur, uiam ingressi (Galli post pugnam Aliensem)
haud multo ante solis occasum ad urbem Romam perueniunt. *Liv. V* 39, 2.)

4. Ingenti periculo transeundum per hostium custodias erat. ad eam rem Pontius Cominius inpiger
iuuenis operam pollicitus, incubans cortici secundo Tiberi ad urbem defertur. inde, qua proximum fuit a ripa,
per praeruptum eoque neglectum hostium custodiae saxum in Capitolium euadit et ad magistratus ductus
mandata exercitus edit. accepto inde senatus consulto, uti comitiis curiatis reuocatus de exilio iussu populi
Camillus dictator extemplo diceretur militesque haberent imperatorem quem uellent, eadem degressus
nuntius Veios contendit missique Ardeam legati ad Camillum Veios eum perduxere. *Liu. V* 46, 8. *Και*
λαθὼν τοὺς αὐτόθι φυλάσσοντας Κελ τοὺς ἀγγελοὺς τε καὶ εἰπὼν ὅσα ἔδει, πάλιν ὑπὸ νύκτα ἀπηλλάγη.
Dionys. XIII 9.

5. Inde (post factum Manli) intentiores utrimque custodiae esse, et apud Gallos, quia uulgatum
erat inter Veios Romamque nuntios commeari, et apud Romanos ab nocturni periculi memoria.
Liu. V 47, 11.

(390) 6. *Gell. n. Att. XVII* 2, 17; Verba ex Q. Claudii primo annali: — Cum iis, inquit,
(364) consermonabatur.

884 7. *Gell. n. Att. XVII* 2, 14: Verba ex Q. Claudii primo annali: — Nam Marcus, in-
370 quit, Manlius, quem Capitolium seruasse a Gallis supra ostendi cuiusque operam cum M. Furio
dictatore apud Gallos cumprime fortem atque exuperabilem res publica sensit, is et genere
et ui et uirtute bellica nemini concedebat.

(384) 8. *Gell. n. Att. XVII* 2, 13: Verba ex Q. Claudii primo annali: — Simul, inquit
(370) forma, factis, eloquentia, dignitate, acrimonia, confidentia pariter praecebat, ut facile in-
tellexeretur magnum uaticum ex se atque in se ad rem publicam euertendam habere.

9. *Gell. n. Att. XVII* 2, 16: Verba ex Q. Claudii primo annali: — Nam haec, inquit,
maxime uersatur deorum iniquitas, quod deteriores sunt incolomiores neque optimum quem-
quam inter nos sinunt diurnare.

867 10. * *Liui. VI* 42, 3 *sqq.*: Creati A. et M. Corneliu iterum, M. Geganius, P. Manlius,
887 L. Veturius, P. Valerius sextum. cum praeter Velitrarum obsidionem, tardi magis rem exitus
quam dubii, quietae externae res Romanis essent, fama repens belli Gallici allata perpulit
ciuitatem, ut M. Furius dictator quintum diceretur. is T. Quinctium Pennum magistrum equitum
dixit. Bellatum cum Gallis eo anno circa Anienem flumen auctor est Claudius, inclitamque
in ponte pugnam, qua P. Manlius Gallum, cum quo prouocatus manus conseruit, in conspectu
duorum exercituum caesum torque spoliavit, tum pugnatam. [pluribus auctoribus magis ad-
ducor, ut credam decem haud minus post annos ea acta, hoc autem anno in Albano agro
cum Gallis dictatore M. Furio signa conlata.]

6. hiis *L* his φ *M V G P o*

7. quem *om. r L* | a Gallis] agellis φ *ante corr.* | adque φ | exup. *L* ex sup. *G* | *ante ui*
in φ *una litt. erasa.*

8. forme *r L* forme (ta sup. e script.) φ | factis *om. P G V* | eloq̄ntie *L* | p̄collebat *L* p̄colebant *r* |
intelligetur *r* | ex se — habere *om. r* φ *P M G V o.*

9. maxime] *an maxima?* | incolomiores *r* | optimum *r G* | in suos *Nonius* | diurnarei *L.*

10. p̄ manlius. ueturius *Med.* | perculit *libri recent.* | is. t. quintium poenum mag. equitum
dixit *Par. a man. secunda. Med.* is. t. quintius poenum *Par. a m. prima. cf. IIII* 26. | manum
libri recent. | seruit *Med. ante correct.* | pugnatum *Paris. Harlei. I. Leid. I libri rec.*

6. Indutiae deinde cum Romanis factae et colloquia permissu imperatorum habita. in quibus cum
identidem Galli famem obicerent eaque necessitate ad deditionem uocarent, dicitur auertendae eius opinionis
causa multis locis panis de Capitolio iactatus esse in hostium stationes. *Liui. V* 48, 4.

8. Manlium esse intellegendum ex eis quae Liuius de eo rettulit, satis adparet; omnibus enim illis uirtutibus
etiam apud Liuium Manlium ornatum uides. Ceterum accuratius de eius regni studio Claudius non uidetur narrasse,
certe qui cum his in libris maxime usus est Liuius haec scribit *VI* 18: inde de regno agendi ortum initium dicitur,
sed nec cum quibus nec quem ad finem consilia peruenerint, satis planum traditur et *VI* 20: cum dies
uenit, quae — pertinentia proprie ad regni crimen obiecta sint reo, apud neminem auctorem inuenio.

9. Ex Gellio *Nonius p. 100 M.*: diurnare honestum uerbum pro diu uiuere (sic *Ald.* uidere libri), ut
apud ueterem prudentem auctoritatis incognitae (dicit Gellium *cf. Gerlach, praef. ad Non. p. XIII.* Hertz, in
Jahn. ann. 1862 p. 790): neque optimum quemquam in suos solent diurnare. — An de Manlio dictum?

10. *Cf. supra p. 6.*

10^b. * *Gell. n. Att. VIII 13, 4 sqq.*: Quis hostis (Manli Torquati) et quid genus, quam formidandae uastitatis et quantum insolens prouocator et cuiusmodi fuerit pugna decertatum, Q. Claudius primo annalium purissime atque inlustrissime simplicique et incompta orationis antiquae suauitate descripsit. — Verba Q. Claudi, quibus pugna ista depicta est, adscribi: Cum interim Gallus quidam nudus praeter scutum et gladios duo torque atque armillis decoratus processit, qui et uiribus et magnitudine et adulescentia simulque uirtute ceteris antistabat. is maxime proelio commoto atque utrisque summo studio pugnantibus, manibus significare coepit utrisque, quiescerent. Pugnae facta pausa est. Extemplo silentio facto cum uoce maxima conclamat, si quis secum depugnare uellet, uti prodiret, nemo audebat propter magnitudinem atque inmanitatem facies. deinde Gallus inridere coepit atque linguam exertare. id subito perdolitum est cuidam Tito Manlio, summo genere gnato tantum

10^b. decertatumq; claudi^o *r B L* | Verba Q.] uerbaq; *r L B* ϕ | Claudi] cl. *r L B* | nut' *L B a pr. m.* ϕ | preter *P* | gladios detorq̃ *B sup. asc. sup.* os: t duos | torque *om. G V* | atque *om. B* | qui ex uiribus *L* | adulescentie (*sup. e scr. a*) *V* ϕ | adolecētia *B* | antistabat *r* antistabat (*sup. i scr. e*) *B* antestabat *P* antistabatis maxime *L* | prelio *L* ϕ lio *G B P* | utriusque summo ϕ | moto *r B* cōmo *G P L* | cepit *L V P B* caepit ϕ | utrisque] *L r B* utrique *V P G* utrinque *nolg.* | extimplo *V P* exemplo *L* ϕ *a pr. m. B* | maxime ϕ | conclamat *B L r* | depugnare uti uellet prodiret nemo *L* | facies *P* faciei *r B uid. Gell. VIII 14, 1*: Quod autem supra scriptum est in Q. Claudi uerbis: ‚Propter magnitudinem atque inmanitatem facies‘ id nos aliquot ueteribus libris inspectis explorauimus atque ita esse, ut scriptum est, comperimus. — Corruptos autem quosdam libros repperi, in quibus ‚faciei‘ scribitum est, illo quod ante scribitum erat oblitterato. | inrid'e *r L M* | cepit *G B P L* | linguam exertare *r* lingua exerrare *L M B P G V* ϕ | subito] *uiz sanum. an ex-cubitori? uid. Liu. ex statione ad dictatorem pergit.* | perdelatum *P* | nato ϕ (*fin. r cras.*) gnato

10^b. Verba Vbi eum euertit — in collum imponit e *Gellio exscripsit Nonius* (p. 227 M.: ‚Claudius Quadrigarius describens Manlii Torquati pugnam. Vbi et q. s.) — Ex eodem Claudio sua sumpsit *Liu. VII 9, 6*: Dictator (T. Quinctius Pennus) cum tumultus Gallici causa iustitium edixisset, omnes iuniores sacramento adegit ingentique exercitu ab urbe profectus in citeriore ripa Anienis castra posuit. pons in medio erat neutris eum rumpentibus, ne timoris indicium esset. proelia de occupando ponte crebra erant, nec qui potirentur, incertis uiribus satis discerni poterat. tum eximia corporis magnitudine in uacuum pontem Gallus processit, et quantum maxima uoce potuit ‚quem nunc‘, inquit ‚Roma uirum fortissimum habet, procedat agendum ad pugnam, ut noster duorum euentus ostendat, utra gens bello sit melior‘. Diu inter primores iuuenum Romanorum silentium fuit, cum et abnuere certamen uerentur, et praecipuam sortem periculi petere nollent. tum T. Manlius L. filius, qui patrem a uexatione tribunicia uindicauerat, ex statione ad dictatorem pergit: ‚iniussu tuo‘ inquit, ‚imperator, extra ordinem numquam pugnaverim, non si certam uictoriam uideam. si tū permittis, uolo ego illi beluae ostendere, quando adeo ferox praesultat hostium signis, me ex ea familia ortum, quae Gallorum agmen ex rupe Tarpeia deiecit‘. tum dictator ‚macte uirtute‘ inquit ‚ac pietate in patrem patriamque, T. Manli, esto. perge et nomen Romanum inuictum iuuantibus diis praesta‘. armant inde iuuenem aequales: pedestre scutum capit, Hispano cingitur gladio ad propiorem habili pugnam; armatum adornatumque aduersus Gallum stolidè laetum et — quoniam id quoque memoria dignum antiquis uisum est — linguam etiam ab inrisu exserentem producunt. recipiunt inde se ad stationem, et duo in medio armati spectaculi magis more quam lege belli destituuntur, nequam visu ac specie aestimantibus pares. corpus alteri magnitudine eximium, uersicolori ueste pictisque et auro caelatis refulgens armis: media in altero militaris statura modicaque in armis habilibus magis quam

flagitium ciuitati adcidere, e tanto exercitu neminem prodire. is, ut dico, processit neque passus est uirtutem Romanam ab Gallo turpiter spoliari. Scuto pedestri et gladio Hispanico cinctus contra Gallum constitit. Metu magno ea congressio in ipso ponti, utroque exercitu inspectante, facta est. Ita, ut ante dixi, constiterunt: Gallus sua disciplina scuto proiecto cunctabundus; Manlius animo magis quam arte confisus, scuto scutum percussit atque statum Galli conturbauit, dum se Gallus iterum eodem pacto constituere studet, Manlius iterum scuto scutum percutit atque de loco hominem iterum deiecit; eo pacto ei sub Gallicum gladium successit, ne Gallus impetum in ictu haberet, atque Hispanico pectus hausit; deinde continuo humerum dextrum eodem congressu incidit neque recessit usquam, donec subuertit. Vbi eum subuertit, caput praecidit, torquem detraxit eamque sanguinolentam sibi in collum imponit. Quo ex facto ipse posterique eius Torquati sunt cognominati.

Hertz cum B P M L flagitium *r* | adcidere *Hertz cum M* accedere *L* accidere *ceteri libri Hertz* accidere *ante exercitū r* | e tanto *om. B.* | *ante L* | processit *V* | * ispanico *g* (*h eras*) * spanico *L* spanico *B* hispani concinctus *q* spanici *r a pr. m.* hispanici *r a sec. m.* | metu] *aut si Liuium sequeris, spei notio est addenda: Spe metuque magno, aut scribendum: impetu magno.* | ponti *Hertz cum B L* ponte *ceteri eius libri et uolg.* | expectante *q* | est ut ita antedixi *L* | cunctabundus *Hertz cum P* cantabundus *ceteri libri et uolg.* | scuto scutum *Hertz cum r B M L* scutum scuto *ceteri libri et uolg.* | statim *L* | perturbauit *P q* | dum] *cum L* | itē *L* | constituere *V* | manlli⁹ *V* mallius *M* | iterum] *e et u in L. ex corr.* | hominē hominem *M* | eo pacto] *an eo facto?* | gladiū gallicū *L B* ante correct. | ne Gallus — haberet, quod est in libris post subuertit, huc transposuit *Hertzius* | in ictu *Hertzius cum r* icti *ceteri eius libri et uolg.* | hispanico *r* * ispanico *g* | uerum *M* | consensu *B L* concessu *ceteri libri Hertz* congressu *Gronou.* | usquam recessit *L* | caput *r* | praecidit torquem *Noni cod. L.* | tetraxit *L* | sanguinolentam *G B M V q* *Nonius* sanguinolentem *L* | inponit *q* *Nonius* | qui ex f. *q*.

decoris species. non cantus, non exultatio armorumque agitatio uana, sed pectus animorum iraeque tacitae plenum omnem ferociam in discrimen ipsum certaminis distulerat. ubi constitere inter duas acies tot circa mortalium animis spe metuque pendentibus, Gallus uelut moles superne imminens proiecto laeva scuto in aduenientis arma hostis uanum caesim cum ingenti sonitu ensem deiecit: Romanus mucrone subrecto, cum scuto scutum inum perculisset totoque corpore interior periculo uulneris factus insinuasset se inter corpus armaque, uno alteroque subinde ictu uentrem atque inguina hausit et in spatium ingens ruentem porrexit hostem. iacentis inde corpus ab omni alia uexatione intactum uno torque spoliavit, quem respersum cruore collo circumdedit suo. defixerat paupor cum admiratione Gallos: Romani alacres ab statione obuiam militi suo progressi, gratulantes laudantesque ad dictatorem perducunt. inter carminum prope modum incondita quaedam militariter ioculantes Torquati cognomen auditum, celebratum deinde posteris etiam familiaeque honori fuit. dictator coronam auream addidit donum mirisque pro contione eam pugnam laudibus tulit. Errare enim existimo Lachmannum (*de font. Liu. I p. 67*) ex Claudio Liuium haec hausta esse negantem, cum leuissima sint, in quibus Liuius et Gellius dissentiunt, in plurimis rebus saepe ad uerbum congruant. neque hoc cum illo facit, quod Liuius VI 42 rationem temporum ab Claudio de hoc proelio initam improbauit. quid enim nos impedit, quominus Liuium, cui narrationem Claudii haud ignotam fuisse ex loco illo sequitur, eam auctorum suorum grauitate permotum in annum 361/393 seposuisse existumemus? Etiam ex ea re certamen illud ex alieno loco huc insertum esse haud temere conicias, quod Liuius de tumultu illius anni nihil accuratius et fusius narrat nisi hoc ipsum, omnino omittit pugnam, quam inter utramque aciem commissam esse ueri simile est. (cf. Weissenborn ad Liu. VI 9, 5.)

11.* *Nonius s. u. spoliator* p. 480 *M. p.* 326 *G.*: Quadrigarius annali: Ita per sexennium uagati Apuliam atque agrum Campanum, quod his per militem licebat, † expolabatur.

12.** *Gell. n. Att. VIII* 11:

De Maximo Valerio, qui Corninus appellatus est ob auxilium propugnationemque corui alitis, haut quisquam est nobilium scriptorum, qui secus dixerit. Ea res prorsus miranda sic profecto est in libris annalibus memorata: 349
405

Adulescens tali genere editus, L. Furio Claudio Appio consulibus, fit tribunus militaris. atque in eo tempore copiae Gallorum ingentes agrum Pomptinum insederant, instruebanturque acies a consulibus de ui ac multitudine hostium satis agentibus. Dux interea Gallorum, uasta et ardua proceritate armisque auro praefulgentibus, grandia ingrediens et manu telum reciprocans incedebat perque contemptum et superbiam circumspectans despiciebat omnia uenire iubet et congredi, si quis pugnare secum ex omni Romano exercitu auderet. tum Valerius tribunus, ceteris inter metum pudoremque ambiguis, impetrato prius a consulibus, ut in Gallum, tam inaniter adrogantem, pugnare sese permetterent, progreditur intrepide

11. iugati am polam *L* uagaciam polam *V* ampolam *W* Lucaniam *con.* *Palmer.* Apuliam *Iunt.* | adque *L a pr. m.* | quod his] quod eius *con.* *Palmer.* | spolabatur *V* expoliabantur *Aklina.*

12. adolescentes *B a pr. m.* adolescens *B a sec. m.* | L. Furio] *L om. L B r* | fit *om. P a sec. m.* *LVMPr G* | copie *B* | promptinum *L r B* | a cons.] a *om. P* | deuia multitudine *L* | grandia *M* gradia *L B r* gaudia *V* | circūspiciens *B* circumspectans *M* circumspectans *r* despiciebat *L a pr. m.* | tum] tamen *L ante corr.* | mecum *r* | ambiguus *G a sec. m.* | inpetto *B cum a inter t et t sup. lin.* *addit.* | inmaniter *L* immaniter *VM* immaniter *B P* | adrogantem *L cum o inter r et g sup. lin.* | inde

11. *Popma haec rettulit ad bellum Punicum, quo Hannibal per multos annos Apuliam et Campaniam tenuit ac spoliavit, ego cum Rothio ad Gallos, idque ad annum 361/393 quo Galli ad Tiburtinum auxilium ex Campania redeunt (Liu. VII 11, 3), postquam ab a. 367/387 Apuliam peruagati sunt. cf. Liu. VI 42, 8: palati alii Apuliam maxime petentes cum fuga longinqua tum quod passim eos simul pauor terrorque distulerant, ab hoste sese tutati sunt. VII 1, 3: principio anni (366/386) et de Gallis, quos primo palatos per Apuliam congregari iam fama erat — agitata mentio.*

12. *Quamquam hoc fragmentum non est traditum sub Quadrigari nomine, tamen uix poterit dubitari, quin ex eo depromptum sit. primum enim is erat mos Gelli ut eundem scriptorem compluribus deinceps capitibus transcriberet (uid. Kretschmer, de A. Gell. font. part. I p. 4 seqq. Mercklin, Citermethode, p. 664 sqq.), ex Claudio autem, quo solo annalium scriptore in hoc libro usus est, etiam capita primum et tertium decimum sumpsit; deinde ita concinit huc narratio cum Quadrigari uerbis, quibus simile certamen Gellius cap. 13 exposuit, et toto colore et singulis quibusdam uocibus (cf. c. 11 si quis pugnare secum auderet. c. 13 si quis secum depugnare uellet; c. 11 spectante utroque exercitu. c. 13 utroque exercitu inspectante), ut fieri non possit, quin utroque narratio ex eodem auctore fluxerit. Sed accedit, quod etiam hoc certamen Liuius (VII 25 et 26) narrat: et cum in agrum Pomptinum descendisset (Camillus consul), quia neque in campis congredi nulla cogente re uolebat, et prohibendo populationibus quos rapto uiuere necessitas cogeret, satis domari credebat hostem, locum idoneum statuius delegit. Vbi cum stationibus quieti tempus tererent, Gallus processit magnitudine atque armis insignis quatiensque scutum hasta cum silentium fecisset, prouocat per interpretem unum ex Romanis, qui secum ferro decernat. M. erat Valerius tribunus militum adulescens, qui haud indigniorem eo decore se quam T. Manlius ratus, prius sciscitatus consulis uoluntatem in medium armatus processit. minus insigne certamen humanum numine interposito deorum factum: namque conserentiam manum Romanorum coruus repente in galea consedit, in hostem uersus. quod primo ut augurium caelo missum laetus accepit tribunus, precatus deinde, si diuus, si diua esset qui sibi praepetem misisset, uolens propitius adesset. dictu*

modesteque obuam; et congregiuntur et consistunt et conserebantur iam manus. Atque ibi uis quaedam diuina fit: coruus repente inprouisus aduolat et super galeam tribuni insistit atque inde in aduersarii os atque oculos pugnare incipit; insilibat, obturbabat et unguibus manum laniabat et prospectum alis arcebat atque, ubi satis saeuierat, renolabat in galeam tribuni. Sic tribunus spectante utroque exercitu et sua uirtute nixus et opera alitis propugnatus ducem hostium ferocissimum uicit interfecitque atque ob hanc causam cognomen habuit Coruinus. Id factum est annis quadringentis quinque post Romam conditam.

13. *Gell. n. Att. XVII* 2, 4: Verba ex Q. Claudii primo annali: — Ea, inquit, dum fiunt, Latini subnixi animo [*Non. s. u. subnixum p. 405: † Coelius annali I: Ea Latini sub-* nixi animo] † ex uictoria inerti consilium ineunt.

380 14.* *Liū. VIII* 19, 12: Conlaudatis Fundanis consul (L. Plautius Venox) litterisque
424 Romam missis, in officio Fundanos esse, ad Priuernum flexit iter. prius animaduersum in eos, qui capita coniurationis fuerant, a consule scribit Claudius; ad trecentos quinquaginta ex coniuratis uinctos Romam missos, eamque deditionem ab senatu non acceptam, quod egentium atque humilium poena defungi uelle Fundanum censuerint.

326 15. *Gell. n. Att. VI (VII)* 11, 7: Consimiliter Q. quoque Claudius in primo annalium
428 'nequitiam' appellauit luxum uitae prodigum effusumque in hisce uerbis: Persuadent enim adulescenti Lucano, qui adprime summo genere gnatus erat, sed luxuria et nequitia pecuniam magnam consumpserat.

om. *M* | aduersarios atque *r a pr. m. corr. sec. m.* aduersariis atque *LBVG* | incipit] cepit *P* | insiliebat *La sec. m. B a sec. m.* insilibat *PV* | obturbabatque ung. *P* obturbabat ung. *V* | manum] magis mihi placeret uoltum uid. *Liū.*: os oculosque hostis rostro et unguibus appetit | aliis] alias *rPM* alas *VG* | renolebat *V* | ducem] ducet *V* | anno quadringentesimo quinto *G* anno quadringentesimo quinto *V .cccc. v. P.*

13. sub. mixo φ (*sup. x script. t*) subniso *r* | annalibus *I. L* | e latinis *cod. Basil.* et Latini uolg. et uictoriae certi *Canter.*

14. ad ecel ex coniuratis *Med.* | dedicionem *Med.* | Fundanum populum cens. *P praeter Med.* et *Lou. 4 libri Alschefskiani.*

15. *Q.] q̄ VR Q̄. P* | persuadenti libri persuadent scripsi conlato *Liūio in mus. Rhen. nouo XVII. p. 152* | peccuniam *V.*

mirabile, tenuit non solum ales captam semel sedem, sed quotienscumque certamen initum est, leuans se alis os oculosque hostis rostro et unguibus appetit, donec territum prodigii talis visu oculisque simul ac mente turbatum Valerius obruncat. coruus ex conspectu elatus orientem petit. hactenus quietae utrimque stationes fuere. postquam spoliare corpus caesi hostis tribunus coepit, nec Galli se statione tenuerunt, et Romanorum cursus ad uictorem etiam ocior fuit. ibi circa iacentis Galli corpus contracto certamine pugna atrox concitatur. — consul contione aduocata laudatum tribunum decem bubus aureaque corona donat. Vides igitur eum uel in minimis rebus consentire cum Gellio; nam quod Gellius de duobus consulibus loquitur, *Liuius* de uno, errori Gelli id adscribendum esse adparet; itaque cum etiam *VII* 9 *Liuium* ante oculos habuisse Claudium demonstrauerimus, et eum etiam hic eodem auctore usum esse consentaneum est, et firmatur hoc consensu sententia nostra de Gelli fonte. — Ceterum eadem fere apud *Cass. Dion. fr. 34 p. 27 B. (Zon. VII 25 p. 93 Pind.)*, alia apud *Appian. Cell. 10.*

13. Spectare uidetur ad bellum Latinum. Nonium sua sumpsisse ex Gellio, sed ex libro eius integro recte suspicatus est *M. Hertz in Jahni annal. uol. 85 (1862) p. 721.* nomen Caeti pro Claudio ab eo falso substitutum est etiam *fr. 22. 23. 24.*

16. *Gell. n. Att. II* 19, 7: Claudius Quadrigarius in primo annali: Ea Lucani ubi 326
resciuerunt, sibi per fallacias uerba data esse. 428

17. *Gell. XVII* 2, 18: Verba ex Q. Claudii primo annali: — sese, inquit, ne id quoque, quod tum suaderet, facturum esse.

18. *Liv. VIII* 5, 1: Consules (T. Veturius Calpinus Sp. Postumius Albinus) profecti 321
ad Pontium in conloquium, cum de foedere uictor agigaret, negarunt iniussu populi foedus 433
fieri posse, nec sine fetialibus caerimoniaeque alia sollemni. itaque non, ut uulgo credunt Claudiusque etiam scribit, foedere pax Caudina, sed per sponsionem facta est. quid enim aut sponsoribus in foedere opus esset aut obsidibus, ubi precatione res transigitur, per quem populum fiat, quo minus legibus dictis stetur, ut eum ita Iuppiter feriat, quem ad modum a fetialibus porcus feriat. spoponderunt consules legati quaestores tribuni militum, nominaque omnium qui spoponderunt extant, ubi, si ex foedere acta res esset, praeterquam duorum fetialium non extarent. et propter necessariam foederis dilationem obsides etiam sescenti equites imperati, qui capite luerent, si pacto non staretur.

19. *Gell. II* 19, 8: Item Quadrigarius in eodem (i. e. primo) libro —: Id ubi rescierunt 320
434

16. Cladius P | fallacias R.

17. sese] eē r esse L.

18. ut uulgo *Med. a. pr. m.* | sed] *sec Med. a. pr. m. set corr. m. quarta* | sescenti] in *Par. a sec. man. in rasura scriptum. in Leid. primo ceterisque Drakenb. codd.* ac.

19. rescierunt *VPR* rescierunt *codd. rec.* | Pontio *R aliquot codd. rec.* pontio *VP alii codd. rec.*

15. 16. *cf. Liv. VIII* 27: Aliud subinde bellum cum alterius orae Graecis exortum. namque Tarentini cum rem Palaepolitanam uana spe auxilii aliquamdiu sustinuissent, postquam Romanos urbe potitos acceperere, uelut destituti ac non qui ipsi destituissent, increpare Palaepolitanos, ira atque inuidia in Romanos furere, eo etiam quod Lucanos et Apulos — nam utraque eo anno societas coepta est — in fidem populi Romani uenisse adlatum est: quippe prope modum peruentum ad se esse, iamque in eo rem fore, ut Romani aut hostes aut domini habendi sint. discrimen profecto rerum suarum in bello Samnitium euentuque eius uerti. eam solam gentem restare, nec eam ipsam satis ualidam, quando Lucanus defecerit, quem reuocari adhuc impellique ad abolendam societatem Romanam posse, si qua ars serendis discordiis adhibeatur. haec consilia cum apud cupidos rerum nouandarum ualuisse, ex inuentute quidam Lucanorum pretio adsciti, clari magis inter populares quam honesti, inter se mulcati ipsi uirgis cum corpora nuda intulissent in ciuium coetum, uociferati sunt se, quod castra Romana ingredi ausi essent, a consulis uirgis caesos ac prope securi percussos esse. deformis snapte natura res cum speciem iniuriae magis quam doli prae se ferret, concitati homines cogunt clamore suo magistratus senatum uocare, et alii circumstantes consilium bellum in Romanos poscunt, alii ad concitandam in arma multitudinem agrestium discurrent, tumultuque etiam sanos consternante animos decernitur, ut societas cum Samnitibus renouaretur; legatique ad eam rem mittuntur. repentina res quia quam causam nullam tam ne fidem quidem habebat, coacti a Samnitibus et obsides dare et praesidia in loca munita accipere: caeci fraude et ira nihil recusarunt. dilucere deinde breui fraus coepit, postquam criminum falsorum auctores Tarentum commigrare, sed amissa omni de se potestate nihil ultra quam ut paeniteret frustra restabat.

17. *Hic posui, quia a. 821/433 dicere potuit Pontius, cum etiam alterum consilium, quod dederat pater de Romanis apud Caudium inclusis, repudiaret. uid. Liv. VIII* 3—4.

19. *Res post furculas Caudinas Romae gestas intelligendas esse facile adparet. minus clarum est, qua re audita propinqui obsidem in uiam prouolarint. an cum rescuissent, exsoluisse se senatum religione foederis? cf. Liv. VIII* 5, 5: et propter necessariam foederis dilationem obsides etiam sescenti equites imperati, qui capite luerent,

propinqui obsidum, quos Pontio traditos supra demonstrauimus, eorum parentes cum propinquis capillo passo in uiam prouolarunt.

390 20. *Gell. n. Att. XVII* 2, 21: Verba ex Q. Claudii primo annali: — ,cum tantus'
434 inquit, ,arrabo penes Samnites populi Romani esset'. Arrabonem dixit sescentos obsides.

(390) 21. *Gell. n. Att. I* 25, 6: Aut rursus quid esse id dicemus, quod in primo annalium
(434) Quadrigarii scriptum est, C. Pontium Samnitum a dictatore Romano sex horarum indutias postulasse, si indutiae ,paucorum' tantum ,dierum' appellandae sunt?

(811) 22. *Gell. n. Att. XVII* 2, 3: Verba ex Q. Claudii primo annali: — Arma, inquit,
(443) plerique abiciunt atque inermi inlatebrant sese.

20. populi Rom. esset] p̄se φ | arbonē L artabonem r Arrabone G arrobone V.

21. quadrigay anthol. Vrsin. | pontium V | sannitē anthol. Thuan. et Vrsin. sōnitum R.

22. Coelius annalibus libro I. Non. | atque] at Noni cod. L abitiunt V | inhermi L φ
Nonius. illatebrant P Noni cod. L a sec. m. illecebrant r ante corr. illacebrant r corr.

si pacto non staretur, 20. cf. *Liui. VIII* 14, 12: nec ullum superfuisset animal (Samnitium castris ad Luceriam expugnatis) nisi consules receptui signum dedissent audiosque caedis milites e castris hostium imperio ac minis expulissent. itaque apud infensos ob interpellatam dulcedinem irae confestim oratio habita est, ut doceretur miles, minime cuiquam militum consules odio in hostes cessisse aut cessuros, quin duces sicut belli ita insatiabilis supplicii futuros fuisse, nisi respectus equitum sescentorum, qui Luceriae obsides tenerentur, praepedisset animos, ne desperata uenia hostes caecos in supplicia eorum ageret, perdere prius quam perire optantes. laudare ea milites, laetarique obuiam itum irae suae esse, ac fati omnia patienda potius quam proderetur salus tot principum Romanae iuuentutis.

21. *Fortasse de rebus ante Luceriam urbem expugnatam gestis, nam colloquium tum inter Romanos Samnitesque factum esse de urbe tradenda Liuius VIII* 15, 3 diserte rettulit. Postquam autem in ipso orationis tenore et consules tum rem ad Luceriam gessisse neque Pontium in ipsa urbe fuisse narravit, haec § 8 addit: haud ferme alia mutatione subita rerum olarior uictoria populi Romani est, si quidem etiam, quod quibusdam in annalibus iuuenio [*Claudio autem in his libris permultum esse usum Liuium constat*], Pontius Herenni filius Samnitium imperator, ut expiaret consulum ignominiam, sub iugum cum ceteris est missus. ceterum id minus miror, obscurum esse de hostium duce dedito missoque: id magis mirabile est ambigi, Luciusne Cornelius dictator cum L. Papirio Cursore magistro equitum eas res ad Caudium atque inde Luceriam gesserit — an consulum Papirique praecipuum id decus sit. cf. etiam *Dionys. XVI* 2: μετ' οὐ πολὺ δὲ τὰ αὐτὰ καὶ ὁ Πόντιος ἱπὸ τοῖς Ῥωμαίοις ἔπαθεν, καὶ τὴν ζυγὴν ἐπέλαθεν, καὶ αὐτὸς καὶ οἱ σὺν αὐτῷ. De re cf. *Mommsen, chronol. p. 112. Weissenborn ad h. l.*

22. Ex Gellio sua habet Non. p. 129, 23, falso tamen sub nomine Caelii. porro quod extremis uerbis addidit in latebras somnauit ut saepe Nonius fontes suos transcribens. uid. *Kretschmer, de Gell. font. p. 33. Referendum esse mihi uidetur ad proelium in saltu auium ad Bouianum a C. Iunio Bubulco contra Samnites commissum; ubi cum Romani spe praedae pellecti in insidias incidissent, oratione consulis accensi, aggressi sunt imminentem hostium aciem (pergo enim ipsis Liuii (VIII 31, 14) uerbis). ibi paulum laboris fuit, dum in aduersum clium erigitur agmen, ceterum postquam prima signa planitiem summam ceperunt, sensitque acies aequo se iam instituisse loco, uersus extemplo est terror in insidiatores, easdemque latebras, quibus se paulo ante texerant, palati atque inermes fuga repetebant. sed loca difficilia hosti quaesita ipsos tum sua fraude impediabant. itaque ergo perpaucis effugium patuit: caesa ad uiginti milia hominum, uictorque Romanus ad oblatam ab hoste praedam pecorum discurrit. [Contra Romanos ἐν ταῖς ὕλαις ταῖς Ἀόρραις cum circumdati essent, fusos esse a Samnitibus Zonaras VIII 1 p. 100 ed. Bonn. narrat.]*

[Incerta ex libro primo:]

23. *Gell. XVII* 2, 5: Verba ex Q. Claudii primo annali: — Domus, inquit, suas quemque ire iubet et sua omnia frunisci.

24. *Gell. XVII* 2, 9: Verba ex Q. Claudii primo annali: — Et Romani, inquit, multis armis et magno commeatu praedaeque ingenti copiantur.

25. *Gell. XVII* 2, 11: Verba ex Q. Claudii primo annali: — nos, inquit, in medium relinquemus.

26. *Gell. XVII* 2, 15: Verba ex Q. Claudii primo annali: — nihil sibi, inquit, diuitias opus esse.

27. *Gell. XVII* 2, 22: Verba ex Q. Claudii primo annali: — Miserrimas, inquit, uitas exegerunt.

28. *Gell. XVII* 2, 23: Verba ex Q. Claudii primo annali: — hic annus in otiiis, inquit, consumptus est.

29. *Gell. XVII* 2, 25: Verba ex Q. Claudii primo annali: — Conualles, inquit, et arboreta magna erant.

30. *Gell. VIII* 14, 3: Meminimus etiam in Tiburti bibliotheca inuenire nos in eodem (primo) Claudii libro scriptum utrumque ‚facies‘ et ‚facii‘.

31. *Seru. ad Verg. Aen. I* u. 108: Haec autem sunt saxa inter Africam, Siciliam et Sardiniam et Italiam, quae saxa ob hoc Itali aras uocant, quod ibi Afri et Romani foedus inierunt. — quidam insulam fuisse hunc locum tradunt, quae subito pessum ierit, in cuius reliquias saxa haec exstare, in quibus aiunt Poenorum sacerdotes rem diuinam facere solitas. has aras alii Neptunias uocant, sicut Claudius Quadrigarius I annalium: Apud aras, quae uocabantur Neptuniae.

32. *Nonius s. u. reticulum* p. 222, 2 M.: Claudius primo: Prius hisce † auctoribus inde reticula galearia.

23. Coelius libro II *Nonius*. | suam *Non. cod. L* | frunisci o *corr.*

24. Caelius (Coelius *W*) libro I: armis et magno commeatu (*cumm. L a pr. m.*) set (*sed L a sec. m. W*) praeda ing. cop. *Non.*

25. in *om. q.*

26. nichil inquit sibi *P.*

27. uitas *LPqGVo* uias *ceteri libri^o Herti.*

28. minus *PVG* min; q *ante corr.* min' q *corr.* mimis r minuss in *ad marg. L* mimus o uolg. annus *scripsi.* | otiiis *L r* | consupt' *L.* 29. conuales *L.*

30. dauidii q | utrumque et f. *P q* | facii] faciei *V q r GBPME* *sed uid. uerb. Gell. seqq.*

31. uerba Claudii solus *Cassellanus seruauit.*

32. isce *Wa pr. m.* priusque ductoribus indit reticula *Lipsius.*

23. 24. *Ex Gellio apud Nonium* (p. 113, 8 et 87, 6) *sed falso sub Caelii nomine.*

26. *Closset* p. 496 not. 4 refert ad Curium Dentatum dona Sumnitium tertio bello repudiantem, sed uehementer dubito, num hoc bellum iam primo libro enarratum sit.

28. *Ex eis annis, quorum memoriam Claudius libro primo esse complexus uidetur, solos annos 348, 406 et 347, 407 in otiiis consumptos esse tradit Lilius (VII 27, 1 et 3).*

30. *Hoc fragm. uolgo confusum est cum fr. 10^b, sed falso, id quod cuius ipsa Gelli uerba paulo attentius legenti facile adparebit.*

33. *Nonius s. u. possetur p.* 508, 17 *M.*: Quadrigarius annalium lib. I: Cum non possetur decerni, utrius putaretur uictoria esse.

EX LIBRO II.

²⁹⁴
⁴⁶⁰ 34.* *Liu. X* 37, 13: Et huius anni parum constans memoria est: Postumium auctor est Claudius, in Samnio captis aliquot urbibus in Apulia fusum fugatumque, saucium ipsum cum paucis Luceriam compulsum; ab Atilio in Etruria res gestas eumque triumphasse.

35. *Nonius s. u. properatim p.* 154 *M.*: Quadrigarius annali libro II: Eo consules propere exercitum redducunt.

36. *Nonius s. u. offendere p.* 359 *M.*: Quadrigarius annali lib. II: Inde postquam aliquantum recessit, offendit montem, † loca munita res omnes habere, quae militibus opus sunt, ligna, aquam, pabulum.

37. *Nonius s. u. ignauiter p.* 514 *M.*: Quadrigarius annali lib. II: Et qui ibi erant, non ignauiter potando eum diem pro meliore habuerunt.

38. *Nonius s. u. desubito p.* 517: Quadrigarius annali lib. II: His desubito utrisque nuntiatur ipsorum copias adesse.

39. *Priscian. VIII. p.* 797 *P.* 393 *H.*: Quintus Claudius in II annalium: Conprehensare suos quisque, saniare, amplexare.

EX LIBRO III.

²⁷⁸
⁴⁷⁶ 40. *Gell. III* 8: Cum Pyrrus rex in terra Italia esset et unam atque alteram pugnans feliciter pugnasset satisque agerent Romani et pleraque Italia ad regem descuiisset, tum Ambraciensis quispiam Timochares, regis Pyrri amicus, ad C. Fabricium consulem furtim uenit ac praemium petiuit et, si de praemio conueniret, promisit, regem uenenis necare;

33. quadriga. annal. li. I *F*.

34. in apuliam *Par. Med. Leid. I. Voss. II Lou. 4* | saucium esse ipsum *Leid. I Voss. II Lou. 4.* | saucium ipsum paucis *Med. a pr. m.*

35. propere] in lemmate est properatim et properiter.

36. inde pquantum rec. *L* aliquanto *F* | munires *F* | om̄s *L V W F* | fortasse loca inuenit ea res omnes habere. | que *F*.

37. quadriga. in II annali *F* | annalibus II *L* | *qui inerant *F* | post non addidit *F pr. m.* graniter | putando *L W F* potando *V* pugnando *con. Gulielm.*

38. quadriga. in II āna is des. *F* | nunciatur *V W a pr. m.*

39. II] I *codex Gruteri* | analium *R* | comprahensare *R* comp̄hensare *cod. Sangall.* comprehensare *H sec. man.* | saniare *Krehlius.* senire *R D H L K* saeuire *B G.*

40. tercio *P.* | Pyrrum addidit *Hertz* | pop. Rom.] p. r. *R.*

34. Libro secundo adtribui cum *Krausio.* Ceterum prorsus alia antea *Liuius*, eaque plurimis uerbis narrauerat.

40. 41. *Valerium Antiatem ex eis scriptoribus, qui aetatem tulerint, nemo esse secutus uidetur praeter Maximum* (VI 5, 1 cf. *Mommsen Herm. I p.* 210 not.) *Claudium Plutarchus* (uel ut accuratius dicam *Dionysius*, ex quo sua sumpsit *Plut.*, cf. de *Plut. vit. Rom. font. p.* 71) *Pyrrh.* 21: μετὰ ταῦτα τοῦ Φαβρίκιου τὴν ἀρχὴν παραλαβόντος ἦεν ἀνὴρ εἰς τὸ στρατιώτην πρὸς αὐτὸν ἐπιστολὴν κομίζων, ἣν ἔγραψεν ὁ τοῦ βασιλέως ἱατρὸς ἐπαγγελλόμενος φαρμάκοις ἀναιρήσειν τὸν Πύρρον, εἰ χάρις αὐτῷ παρ' ἐκείνου ὁμολογηθεὶς λίσσεται τὸν πόλεμον ἀνωδύνως. Ὁ δὲ Φαβρίκιος δυσχερῆνας πρὸς τὴν ἀδικίαν τοῦ ἀνθρώπου καὶ τὸν συνάραχοντα διαθεὶς ὁμοίως ἐπέμψεν γράμματα

idque facile factu esse dixit, quoniam filius suus pocula in conuiuio regi ministraret. Eam rem Fabricius ad senatum scripsit. Senatus ad regem legatos misit mandauitque, ut de Timochare nihil proderent sed monerent, uti rex circumspectius ageret atque a proximorum insidiis salutem tutaretur. Hoc ita, uti diximus, in Valeri Antiatii historia scriptum est. Quadrigarius autem in libro tertio non Timocharem sed Niciam adisse ad consulem scripsit, neque legatos a senatu missos sed a consulibus, et *Pyrrum* populo Romano laudes atque gratias scripsisse captiuosque omnes, quos tum habuit, uestiuisse et reddidisse.

41. Consules tum fuerunt C. Fabricius et Q. Aemilius. Literas, quas ad regem Pyrrum super ea causa miserunt, Claudius Quadrigarius scripsit fuisse hoc exemplo:

,Consules Romani salutem dicunt Pyrro regi.

Nos pro tuis iniuriis continuis animo tenus commoti inimiciter tecum bellare studemus. sed communis exempli et fidei ergo uisum, ut te saluum uelimus, ut esset quem armis uincere possemus. Ad nos uenit Nicias, familiaris tuus, qui sibi praemium a nobis peteret, si te clam interfecisset. id nos negauimus uelle, neue ob eam rem quicquam commodi expectaret, et simul uisum est, ut te certiore faceremus, ne quid eius modi, si accidisset, nostro consilio ciuitates putarent factum, et quod nobis non placet, pretio aut praemio aut dolis pugnare. Tu nisi caues, iacebis.

42. *Gell. n. Att. III 7, 21*: Claudius autem Quadrigarius annalis tertio non Caedicio 258
nomen fuisse ait sed Laberio. 496

41. Q.] q̄ PVR | emilius V | pirrum V | ea causa] eac̄a R | pirro VR | tenui VRP strenui uolg.
tenus Gronou. | inimiciter V | ergo Pa pr. m. uigore Pa m. rec. | ut te] uite V uitae R | possumus
VRP | famiaris R | interfecisset R | negamus VRP | exseptaret R superacr. e sup. p | precio P |
pugnare * V | tacebis Va pr. m.

42. annal. R | tertio VRP | cedicio R cecidio P | lauerio VRP.

πρὸς τὸν Πύρρον κατὰ τάχος φιλάτεσθαι τὴν ἐπιβουλὴν κελίην. Εἶχε δὲ οὕτως τὰ γεγραμμένα. „Γάιος Φαβρίκιος καὶ Κόιντος Αἰμίλιος ἕκαστοι Ῥωμαίων Πύρρῳ βασιλεῖ χαίρουσιν. Οὐτε φίλων εὐτυχῆς τοιαύτας εἶναι κριτὴς οὔτε πολεμίων. Γνώση δὲ τὴν πεμφθεῖσαν ἡμῖν ἐπιστολὴν ἀναγνοῦς, ὅτι χρηστοῖς καὶ δικαίοις ἀνδράσι πολεμῆς, ἀδίκους δὲ καὶ κακοῖς πιστεύεις. Οἶδὲ γὰρ ταῦτα σὴ χάριτι μνησόμεν, ἀλλ’ ὅπως μὴ τὸ σὸν πάθος ἡμῖν διαβολὴν ἐνέγκῃ καὶ δόλῳ δόξωμεν ὡς ἀρετῇ μὴ δυνάμενοι κατεργάσασθαι τὸν πόλεμον.“ Ἐντυχὼν τοῦτοις τοῖς γράμμασιν ὁ Πύρρος καὶ τὴν ἐπιβουλὴν ἐξελέγξας τὸν μὲν Ιατρὸν ἐκόλασε, Φαβρίκιῳ δὲ καὶ Ῥωμαίοις ἀμοιβὴν ἐδώκετο προῖκα τοῖς αἰχμαλώτοις καὶ πάλιν ἐπεμψε τὸν Κινέαν διαπραζόμενον αὐτῷ τὴν εἰρήνην. et Zonar. VIII 5 p. 121 Bonn. Ἡδὲ δὲ τῶν ῥηθέντων ὑπάρχον ἐν τῷ στρατεύματι ὄντων, Νικίας τις τῶν Πύρρῳ πιστῶν δοκούντων ἦλθε πρὸς τὸν Φαβρίκιον καὶ ὑπέσχετο αὐτῷ τὸν Πύρρον δολοφονήσεν. δυσχερῆνας οὖν ἐπὶ τούτῳ ἐκεῖνος (ἀρετῇ γὰρ καὶ ταῖς δυνάμεσιν ἥξιον τῶν πολεμίων κρατεῖν ὡς ὁ Κάμιλλος) κατεμήνυσε τῷ Πύρρῳ τὸ ἐπιβούλευμα. καὶ οὕτως αὐτὸν ἐκ τοῦτου κατέπληξεν, ὥστε καὶ τοῖς ἑλποκότας τῶν Ῥωμαίων προῖκα αὐτοῖς ἀφείναι καὶ πρεσβεῖς πάλιν ὑπερὶ εἰρήνης ἀποστεῖλαι.

Similia Liuius, quocum consentiunt Cicero de offic. III 22, 86, Senec. ep. 120, 6 (XX 3), narrasse uidetur (epit. XIII: cum C. Fabricio consuli is, qui ad eum a Pyrrho transfugerat, polliceretur uenenum se regi daturum, cum indicio ad regem remissus est, cf. 24, 45, 3. 42, 47, 6. Flor. I 13 [18] 21. Eutrop. II 14, quibus tamen omnibus locis proditoris nomen omisum est). utramque narrationem et Claudi et Valeri contaminasse uidetur Aelianus (uar. hist. XII 33), qui Niciam medicum (nam quod Cineam cum appellat, error is est aut ipsius Aeliani aut librariorum) ad senatum scripsisse rettulit.

42. *De re uid. fragm. Caton. orig. p. 17 Iord. et Frontin. I 5, 15 (quo de loco ad uerbum descripsit is qui librum quartum postea addidit III 5, 10): Idem fecit sub Atilio Calatino consule is, cuius uarie traditur nomen: alii Laberium, nonnulli Q. Caedicium [sic Cato], plurimi Calpurnium Flammam [sic Liui. ep. XVII et qui eum*

(258)
(496) 43. *Gell. I 7, 9*: In Claudii quoque Quadrigarii tertio annali haec esse dixit (amicus Gelli, homo lectione multa exercitus): Dum i conciderentur, hostium copias ibi occupatas futurum.

44. *Gell. I 16, 1*: Quadrigarius in tertio annalium ita scripsit: Ibi occiditur mille hominum.

45. *Macrob. Sat. I 4, 18*: Claudius etiam Quadrigarius annali tertio: Senatus autem de nocte conuenire, noctu multa domum dimitti.

46. *Non. s. u. delectare p. 97*: Quadrigarius annalium libro III: Fabius de nocte coepit hostibus castra simulare obpugnare, eum hostem delectare, dum collega id caperet quod captabat.

47. *Non. s. u. potestur p. 508*: Quadrigarius annali lib. III: Adeo memorari uix potestur, ut omnes simul suum quisque negotium adorti essent.

48. *Non. s. u. praeclariter p. 516*: Quadrigarius annali lib. III: Et ita rebus praeclariter gestis Romam reuerterunt.

49. *Priscian. VI p. 697 P. 232, 15 H.*: Claudius in III historiarum: Vt uiderent ne respueretur uerminaret litteris addiualis, quod uerminatum ne ad cancer peruenerit.

43. Claudii el A el VPR excerpta Scioppij codd. rec. centesimo quinquagesimo (tum tertio om.) ex Busl. Carrio Steph. Q uel Qu codd. rec. et edd. uet. | annali A annali libro VP codd. rec. annalib bro R | dum ii codd. rec. idum i A dum hii VPR dum hi V a man. rec. | concideretur R | copia sibi P copia tiai R | in ibi oc desinit A.

45. demitti P.

46. denocte LW | oppugnare L a sec. man. | in W post eum rasura | cum (uel ut) hostem delectaret conieci.

47. liber W | potest LVW potestur F (uid. lemma) | suum] sunt libri.

48. quadriga. in III anna. F.

49. respuerorum Caroliruh. alter | uerminaret R (suprascripto n) minaret L initio suprascripto u pro littera erasa | literis G | haddiualis B adiualis H | litteris addiualis] lateris ulcus in alis Casaub. ad Suet. Claud. 41. | Claudius III historiarum litteris ad senatum: ut uiderent ne res sinerent (uel paterentur) uerminare; quod uerminatum ne ad cancer peruenerit I. F. Gronouius ad Suet. l. l. ne respueretur uerminare ad ulceris (ulceris ad censor Krehli Ienensis) elia, eis quod uerminatum ne ad cancer peruenerit God. Hermannus apud Krehlium. ne res publica uerminaret litteris adulatis, quod uerminatum ne ad cancer peruenerit M. Hertzius. ego desperavi de probabili huius fragmenti emendatione.

sequitur Qros. IIII 8, Zon. VIII 12. Plin. XXII 11. Aurel. Vict. de uir. ill. 39, 3] uocitatum scripserunt. Hic cum demissum in eam uallem uideret exercitum, cuius latera omnia superiora hostis insederat, depoposcit et accepit trecentos milites: quos adhortatus ut uirtute sua exercitum seruarent, in mediam uallem decucurrit. Et ad obprimendos eos undique descendit hostis; longoque et aspero proelio retentus occasionem consuli ad extrahendum exercitum dedit.

43. Ad eandem rem pertinet ad quam fr. 42; sunt uerba Laberi tribuni, quibus salutis uiam demonstrat Atilio Calatino consuli. uid. Caton. p. 18 Iord. Censeo, inquit, si rem seruare uis, faciendum, ut quadringentos aliquos milites ad uerrucam illam — ire iubeas, eamque uti occupent, imperes horterisque; hostes profecto ubi id uiderint fortissimus quisque et promptissimus ad occurrendum pugnandumque in eos praeuertentur unoque illo negotio sese adligabunt, atque illi omnes quadringenti procul dubio obtruncabuntur.

44. Ex Gellio hoc fragmentum ad uerbum descripsit Macrob. Sat. I 5, 6 (uid. Ian. proleg. ad Macrob. p. XVI): Quadrigarius in tertio annalium ita scripsit: Ibi occiditur mille hominum.

EX LIBRO IIII.

50. *Nonius s. u. alternatim p. 76*: Quadrigarius annalibus lib. IIII: Item gaudium atque aegritudinem alternatim sequi.

51. *Nonius s. u. urgere p. 418*: Quadrigarius annali lib. IIII: Sed circiter horas duas graui proelio urserunt; deinde in fugam sunt coniecti.

52. *Seru. ad Verg. Georg. I 135*: Quadrigarius quarto: Inter uenas saxi.

EX LIBRO V.

53. *Gell. V 17, 5*: Nihil nos super ea re [quod ante diem quoque quartum Kalendas 216 uel Nonas uel Idus tamquam inominalem diem plerique uitant] scriptum inuenimus, nisi quod 538 Q. Claudius annalium quinto cladem illam pugnae Cannensis uastissimam factam dicit ante diem quartum Nonas Sextiles.

54. *Non. s. u. cohortarent p. 472*: Quadrigarius annalium lib. V: Et dicerent castra facta esse atque hos cohortarent, uti maturarent.

55. *Non. s. u. recordauit p. 475*: Quadrigarius annali lib. V: Is ubi Dacium cognouit et patria eum recordauit.

EX LIBRO VI.

56. *Prisc. X p. 906 P. 541 H.*: Quadrigarius in VI annali: Artorius Taureae dextrum umerum sauciat atque ita resiliuit.

50. alternatum *W*.

51. annali] arena *L* | oras *L*.

52. solus *Vossianus saec. X seruauit*.

54. quadriginarius *W a pr. m.* | ducerent *F* | capta *Mercer.* | adque *L a pr. m.* | hos] os *W*.

55. lib. III *W numerus deest in F* | subi *L a pr. m.* is ubi *L a sec. m.* | Decium *Augustinus Dasium Roth.* | patriae *coni. Iun.*

56. taurea *R* taureae *D* taurae *GLK* | humerum *BDHL* | saucia *GK* saucia *L* | resiliuit *ex corr. H sec. man.*

53. *Ad uerbum descripsit Macrob. Sat. I. 16, 26.*

54. Nisi audacius est numerum corruptum existimare, refero haec uerba ad impetum ab Hannibale in castra Romanorum, qui Capuam obsidebant factum a. 211/543: fraudem quoque super tumultum adiectam inmissis ab Hannibale, qui habitu Italico gnari Latinae linguae iuberent consulum uerbis, quoniam amissa castra essent, pro se quemque militum in proximos montis fugere: sed eam celeriter cognitam fraudem, oppressamque magna caede hostium; elephantos igni e castris exactos. *Liu. XXVI 6.* τοὺς δὲ ῥωμαίζοντας βοᾶν ὅτι Φοῖλουος δ' Ῥωμαίων στρατηγὸς κελύει τὸ στρατόπεδον ἐκλιπόντας ἐπὶ τὸν ἐγγὺς λόφον ἀναπηλᾶν. τότε μὲν ἦν τὸ στρατήγημα τοῦ Ἀννίβου καὶ τοῦτον τὰ μὲν πρῶτα πάντα κατὰ νοῖον ἀπῆντησεν. *App. Hann. 41.* Quae coniectura si uera est, ut libro sexto fragmentum sit adsignandum, fortasse coniungendum est cum fragm. 58: Paene factum est, quin castra relinquerent atque cederent hosti.

55. Dacii nusquam quod sciam in rebus horum annorum mentio fit, quam ob rem Deci nomen latere suspicatus est Augustinus, *Dasi Rothius* (ad *Non. l. s.*). *Dasii* complures nobis occurrunt apud *Linium* in eis qui huc pertinent libris (*XXI 48 a. 218/536. XXIII 45 sq. a. 213/541. XXVI 83* [ex eo *Valer. Max. III 8, 1*; cf. *Appian. Hann. 45*] a. 210/544), *Decius* unus, *Capuanus*, ex gente *Magiorum*, qui ob constantem in Romanos fidem ab Hannibale uinctus et in Africam missus, sed tempestate *Cyrenas* delatus et a *Ptolemaeo* seruatus est (*Liu. XXIII 7, 4–10. a. 216/536*).

56. *Claudi Aselli Romani et Taureae Campani certamen a. 215/539 fuse narrat Linius XXIII et 46 et 47*

218 57. *Gell. n. Att. II 2, 13*: Posuimus igitur uerba ipsa Quadrigarii ex annali eius sexto
541 transscripta: Deinde facti consules Sempronius Gracchus iterum, Q. Fabius Maximus filius
eius, qui priore anno erat consul. Ei consuli pater proconsul obuiam in equo uehens uenit
neque descendere uoluit, quod pater erat, et, quod inter eos sciebant maxima concordia con-
uenire, lictores non ausi sunt descendere iubere. Vhi iuxta uenit, tum consul ait: Quid
postea? Lictor ille, qui apparebat, cito intellexit, Maximum proconsulem descendere iussit.
Fabius inperio paret et filium conlaudauit, cum inperium, quod populi esset, retineret.

58. *Gell. XVII 13, 6*: Item in sexto annali eiusdem (Quadrigarii) uerba haec sunt:
Paene factum est, quin castra relinquerent atque cederent hosti.

59. *Non. s. u. censere p. 267*: Quadrigarius annali lib. VI: Ne nos ad certationem
censeas haec incepisse.

60. *Non. s. u. aliquantisper p. 511*: Quadrigarius annali lib. VI: Aliquantisper
pugnato nihil promouet Poenus.

EX LIBRO VII.

61. *Nonius s. u. habentia p. 119*: Libro septimo Claudius: Animos eorum habentia
inflat.

197 62.* *Liu. XXXIII 10, 7*: Caesa eo die (pugna ad Cynoscephalas) octo hostium milia,
557 quinque capta. Ex uictoribus septingenti ferme ceciderunt. Si Valerio qui credat, omnium

57. cadrigrii *R* (*supr. g script. a*) | annalib' *R* | consul eēm prncius *P* | graccus *VP* | iterum,
Q] iterumq; *siue* iterumque *libri*. | qui *om. R* | ei consuli pater] ei *gspar R* | obuiam *om. R* |
sciebat *Vrb.* | sunt ausi *Vrb.* | iubere ubi *V* | quid postea *VPR Iac. Gron. (interrogationis notam*
addidit Hertz.) quod postea *codd. rec.* tum consul ait: descendere iube. quod posteaquam lictor
in edit. Gron. Tum consul ait quid postea lictori illi qui apparebat. Cito intellexit Maximum
I. Gron. | cito] *an dictum?* | iusit *R*.

58. annalii *L* annalium *r corr.* | pene *P φ MGV* | reliquerent *L* | hosti *om. r*.

59. certatione *L a pr. m.* | hec *WF* | incepisse *F*.

60. quadriga. in annali. li. I *F* | pugno *V* pugnare *F*.

61. VII *VW* | animus *L a pr. m.* | habentia *om. W* | inflaret *W*.

62. duo et XXX milia *Bamberg.* | scribi *Bamb.* | capta IIII. et ccc *Bamb.*

Appian. Hann. 37, ex quo tamen Taurea saluus cito equo aufugit. Aliud certamen simillimum T. Quincti Crispini Romani et Badi Campani extat apud Lium XXV 18 (unde sua descripsit Valer. Max. V 1, 3 sed parum accurate); in hoc, quod commissum est anno 212/542. Crispinus supra scutum sinistrum umerum Badio hasta transfixit superque delapsus cum uulnere ex equo desiluit, ut pedes iacentem conficeret. Badius priusquam opprimeretur, parma atque equo relicto ad suos aufugit. nomina igitur magis faciunt cum Lio XXIII 46, res cum Liu. XXV 18. cf. Weissenborn ad Liu. XXV 18, 3.

57. *cf. Liu. XXIII 43*: creati consules ambo praesentes Q. Fabius Maximus consulis filius et Ti. Sempronius Gracchus iterum. — (44) pater filio legatus ad Sueessulam in castra uenit. cum obuiam filius progrediretur, lictoresque uerecundia maiestatis eius taciti anteirent, praeter undecim fascēs equo praeuectus senex, ut consul animaduertere proximum lictorem iussit, et ut is, descenderet ex equo, inclamanit, tum demum desiliens 'experiri' inquit, nolui, fili, satini' scires consulem te esse'. (*ex Lio Valerius Max. II 2, 4 qui tamen falso illud ad Sueessam accidisse dicit.*) Pluribus uerbis exornat *Plut. Fab. 24*.

58. *Vide quae adnotauimus ad fr. 54.*

62. *Ex Lio Oros. IIII 20. cf. uersus quosdam ab Alcaso poeta de clade illa Macedonum compositos apud*

rerum inmodice numerum augenti ——. Claudius quoque duo et triginta milia hostium caesa scribit, capta quattuor milia et trecentos. Nos — Polybium secuti sumus.

63.* *Liv. XXXIII* 30: Paucos post dies decem legati ab Roma uenerunt, quorum ex consilio pax data Philippo in has leges est, — ne plus quinque milia armatorum haberet neue elephantum ullum, bellum extra Macedoniae fines ne iniussu senatus gereret. (mille talentum daret populo Romano, dimidium praesens, dimidium pensionibus decem annorum.) Valerius Antias quaternum milium pondo argenti uectigal in decem annos inpositum regi tradit; Claudius in annos XXX quaterna milia pondo et ducena, praesens XX milia pondo. idem nominatim adiectum scribit ne cum Eumene Attali filio — nouus is tum rex erat — bellum gereret. in haec obsides accepti, inter quos Demetrius Philippi filius.

64.* *Liv. XXXIII* 36, 13: In eo proelio (quod Marcellus ad Comum contra Insubres et Comenses commisit) supra XL milia hominum caesa Valerius Antias scribit; octoginta septem signa militaria capta et carpenta DCCXXXII et aureos torques multos, ex quibus unum magni ponderis Claudius in Capitolio Ioui donum in aede positum scribit.

65.* *Liv. XXXVIII* 41, 11: Mitiores Thraecas idem exercitus (C. Manli cons. a. 188/566), cum a Scipione eadem uia duceretur, habuerat, nullam ob aliam causam quam quod praedae minus, quod peteretur, fuerat. quamquam tunc quoque Claudius auctor est ad quindecim milia Thraecum praecedenti ad exploranda loca agmen Muttini Numidae occurrisse. quadringentos equites fuisse Numidas, paucos elephantos; Muttinis filium per

63. ne plus V milia armentorum habere *Bamberg*. ne plus quingentis armatorum haberet *Mogunt. Zonar. VIII* 16 facit cum *Bamb.* | ducentum *Bamb.* | XX pondo *Bamb.* | ne cum Eumene] cum ne eū eni *Bamb. a. pr. m.* ne cum *Bamb. a sec. m.* nec cum Eumene *Mogunt.*

64. in Capitolium *Bamb.* | posita *Mogunt.*

65. Threcas *Bamb.* | Threcum *Bamb.* | praecedentia *Bamb.* | hostium *Bamb.* | quinquaginta om. *Bamb.* | Muttinis *Bamb.* | conseruisse *Bamb.*

Plut. Flam. 9: 'Ακλαυστοί καὶ ἄθαρτοι, ὁδοιπόροι, τῶδ' ἐπὶ τούτῳ | Θεσσαλίας τρεῖς αἱ νειμέθαι μυριάδες | Αἰτωλῶν δμηθέντες ὑπ' Ἀρεος ἢ δὲ Λατίνων. quibus haec addit *Plut.*: Τοῦτο ἐποίησε μὲν Ἀλκαῖος ἐφυρῶν Φιλίππῳ καὶ τὸν ἀρεθμὸν τῶν ἀποθανόντων ἐπιψευδόμενος. Numeros Claudii etiam ductos esse ex hisce uerbis perperam intellectis suspicatur *Lachmannus de font. Liv. II* p. 23.

63. Pacis condiciones, quas hoc capite *Liuius* tradit, ex *Polybio* (*XVIII* 27 [44 *Dind.*]) sunt exceptis duabus, ne plus quinque milia armatorum habere neue elephantum ullum et bellum extra Macedoniae fines ne iniussu senatus gereret, quas, cum ex *Claudio* aut *Valerio Liuium* sumpsisse ueri simile sit, supra adscripsi. cf. *Nissen* p. 145. Ceterum quae *Polybius* omiserat, addidit ex *annalibus Liuius*, etiam *Zonar.* *VIII* 16 p. 252 habet: καὶ τοὺς ἐλέφαντας τὰς τε τριήρεις πλὴν πάντες καὶ τῆς σιγατηγίδος αὐτῆς οὐσῆς ἐκκαυδῆρους, καὶ χρήματα τὰ μὲν αἰτίαια δοῖναι τὰ δὲ καὶ ἐν τάξεσι τιθεῖν, καὶ μόνῃς τῆς Μακεδονίας βασιλείῃ, μὴ πλείους τ' ἔχειν στρατιώτας τῶν πεντακισχιλίων, μὴ τε πόλεμον ἔξω τῆς αὐτοῦ χώρας ποιεῖσθαι τι.

64. Omnia quae narrat *Liuius* c. 36, 4—37 de rebus a *Marcello Furioque* consulibus in *Gallia* gestis, ex *Claudio Valerioque* hausta esse etiam *Nissenio* (p. 149 sq.) uidentur, neque est dubium, quin hosce in animo haberet, cum cap. 36 extr. haec scriberet: id quoque inter scriptores ambigitur, utrum in *Boios* prius an in *Insubres* consul exercitum duxerit, aduersamque prospera pugna oblitterauerit, an uictoria ad *Comum* parta deformata elade in *Bois* accepta sit.

65. Falso hoc fragm. a *Krausio* ad annum 188/566 relatum et ab eo et *Rothio* post fr. 66 positum est; pertinet enim res a *Claudio* relata non ad *Manli* sed ad *Scipionis* iter. Quae uerbis transcriptis apud *Liuium* antecedunt et subdecuntur, *Polybii* sunt. cf. *Nissen* p. 210.

medios hostes cum centum quinquaginta delectis equitibus perrupisse; eundem mox, cum iam Muttines in medio elephantis collocatis, in cornua equitibus dispositis manum cum hoste conseruisset, terrorem ab tergo praeuissae, atque inde turbatos equestri neque procella hostis ad peditum agmen non accessisse.

189 66.* *Liv. XXXVIII* 23, 6: Numerus interfectorum (Gallorum in Olympo monte a Cn.
565 Manlio consule) haud facile iniri potuit, quia late per omnis amfractus montium fuga et caedes fuit, et magna pars rupibus iniis in profundae altitudinis conualles delapsa est, pars in siluis uepribusque occisa. Claudius, qui bis pugnatum in Olympo monte scribit, ad quadraginta milia hominum auctor est caesa. Valerius Antias, qui magis immodicus in numero augendo esse solet, non plus decem milia. numerus captiuorum haud dubie milia quadraginta expleuit, quia omnis generis aetatisque turbam secum traxerant demigrantium magis quam in bellum euntium modo.

169 67.* *Liv. XXXVIII* 14, 8: Rhodii superbe commemoratis *meritis suis* erga populum
585 Romanum et paene uictoriae, utique de Antiocho rege, maiore parte ad se uindicata, adiecerunt, cum pax inter Macedonas Romanosque esset, sibi amicitiam cum rege Perseo coeptam; eam se inuitos, nullo eius in se merito, quoniam ita Romanis uisum sit in societatem se belli trahere, interrupisse. tertium se annum multa eius incommoda belli sentire. mari enim intercluso inopia insulam sterilem premi amissisque maritimis iuu ** colendi itaque commeatibus. cum id ultra pati non possent, legatos alios ad Persea in Macedoniam misisse, qui ei denuntiarent Rhodis placere pacem eum componere cum Romanis; se Romam eadem nuntiatum missos. per quos stetisset, quo minus belli finis fieret, aduersus eos quid sibi faciendum esset, Rhodios consideraturos esse. ne nunc quidem haec sine indignatione legi audiri posse certum habeo. inde existimari potest, qui habitus animorum audientibus ea patribus fuerit. Claudius nihil responsum auctor est; tantum senatus consultum recitatum, quo Caras et Lycios liberos esse inheret populus Romanus, litterasque extemplo ad utramque gentem ut id sciret indicatum mitti; qua audita re principem legationis, cuius magniloquentiam uix curia paulo ante ceperat, corruisse. alii responsum esse tradunt populum Romanum et principio eius belli haud uanis auctoribus conpertum habuisse, Rhodios cum Perseo rege aduersus rem publicam suam occulta consilia inisse.

EX LIBRO VIII.

